

rum suppositione, quam in patria mulieris, adhuc de ista inaequalitate haberi debet ratio, cum similibus circumstantiis prudentis iudicis arbitrio, spectato sine, seu effectu, ad quem dos requisita est in summa congrua, & proportionata, neglectis aliquibus Jurisforum ineptiis, quae desuper habentur, cum certa, & determinata regula generalis desuper tradi non valeat, sed tanquam in questione potius facti quam juris decessio pendeat a facti particulari qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis.

Prorsus autem reijcenda est opinio volentium veram in dignitatem referre ad nuptias prohibitas, quamvis inter personas alias dignas, & aequales, puta quia in prohibito gradu coniunctas, id enim continere videtur unam ex infirmitatibus ineptiis, aut enim dispensatio Apostolica super impedimento subsequitur, aut non si non subsequitur, frustra querendum est de taxa dotis, quae non datur sine matrimonio, & si subsequitur, tunc quia dispensatio revalidat in radice, omnesque abluat maculas, non intrat proinde aliqua indignitas, quamvis in casu non sequatur dispensationis, sequatur autem consumationis matrimonii invalidi ponderati valeat de stricto iure adesse quandam speciem prostitutionis, quae indignis nuptiis aequipollat ad praedictos effectus exheredationis, vel omnimode denegationis dotis, nunquam tamen, vel nimirum raro in foro contingibilis videtur casus, quod simplex puella publicè, palam in figura matrimonii atque sub spe, vel praeposito dispensationis, quae quandoque circa culpam ex aliis impedimentis obtineri non potest, haberi debeat iure prostitute.

Omnia praemissa circa taxam dotis congruae, seu paratio in omnibus supra exemplificatis casibus procedunt in sola iuris communis generali dispositione, quoties non obstat lex municipalis dotium moderatoria, quae certae taxae metam prohibeat, tunc etenim iudicis arbitrium ex facti circumstantiis ut supra regulandum circumferretur in taxa, quae sit infra summam à lego praescriptam, cum talis esse valeat personarum qualitas, ut talis meta ex cessiva sit, secus autem in excessu, quoties lex decretum annullativum continet.

Et quamvis super huiusmodi legum validitate plures exaltate sint quaestiones, vel quia dos utpote de iure gentium debita per jus positum praeteritum municipale prohiberi non valeat, vel quia diceretur lex matrimonii libertati praepudicialis, à foro tamen huiusmodi quaestiones exulant, in Scholis, vel Academiis pro ingeniorum acumine refidentes, quoniam cum, ut supra advertitur, verius sit dotem etiam in origine, seu substantia à iure positivo manare, idcirco nil prohibet, eandem legem positivam etiam tollere, multò magis pro publico bono moderari posse abique aliquo libertatis matrimonii praedictio, dum ubi lex est generalis in loco, cessat ratio dicte libertatis impeditiva; quinimò magis receptum est huiusmodi leges favorabiles, & commendatione dignas potius censendas esse, atque Reipublicae utiles, quamvis ut plurimum de facto caeremoniales potius esse videantur propter usum de facili concedendi dispensationem, quae praesertim in Urbe, ubi talis lex viget, passim concedi ac nemini denegari solet.

Ex hac autem facilitate, vel usu dispensandi plures effectus resultant, duo praeteritum, primò scilicet quod Iudices ac Magistratus iuxta dictas regulas generales iuris communis, nullaratione habita dicte particularis legis moderatoe, dotis congruae, seu de paratio taxant ac decernunt, sub praeposito tamen, seu explicita, vel implicita conditione derogationis, vel dispensationis, quae licet nemini denegari solita, adhuc tamen obtinenda est, neque alias obligatio in summa excedente afficit, neque aliqua actio ejus vigore est exercibilis; & secundò quod in huiusmodi derogationibus vel dispensationibus attendi non solet vitium subreptionis vel obreptionis, aut defectus intentionis, quod in aliis gratiis, & dispensationibus cadere solet ob expressionem, vel taciturnitatem illarum rerum, seu circumstantiarum, quae gratiae denegationem, vel difficultatem patere possunt, & contra.

Plures autem super huiusmodi legibus municipalibus cadunt quaestiones, peculiarem tamen dotis materiam non concernentes, sed cuiuscumque status, seu legis municipalis in qua cum quae idifferenter materia congruae, puta super activa, vel passiva comprehensione Ecclesiasticorum ac forensium, seu alia à legislatoris iudicio exemptionem, sive super qualitate bonorum, quae in dotem darentur, existentium extra territorium, vel quod extra istud fieret contractus, aut circa revalidationem à iuramento resultantem, cum similibus ut dictum est generalibus, nil peculiare habentibus in dote, quae proinde in suis sedibus generaliter habentur.

In his autem specialibus terminis aliquae habentur quaestiones, an scilicet huiusmodi leges comprehendant mulierem seipsam dotantem, vel unam taxam futuram excedere liceat ex motivo suppleti defectum deformitatis, vel corruptionis, seu alterum quem mulier pateretur cum similibus in sua sede videndis.

Quia verò huiusmodi leges in Civium ac subditorum gratiam prodierunt, idcirco receptum est, eas non prohibere civibus & subditis, ut exteris, & non subditis cum maiori dore ducant; atque derogatio, seu dispensatio pro uno matrimonio in eadem semel validè constituta dote suffragatur quoad alia postmodum contrahenda.

Cadunt etiam plures quaestiones super dicte derogatione, seu dispensatione, praeteritum super eius retrotractione, ac revalidatione actus ab initio, adeo ut non praedictum mulieri intermedii actus dotis iam taxatae diminuti; ac etiam circa dicte dispensationis praesumptionem resultantem à longi, vel longissimi temporis lapsu iuncto cum observantia, quod pariter non concernit peculiarem materiam dotis, cuius favore in proposito aliquid speciale dignoscatur, sed regulariter cum terminis generalibus, quos habemus in materia cuiuscumque extrinsecae solemniter praesumendae, cum aliis quae ad huiusmodi legum materiam in sua particulari sede acta habentur.

n. disc. 1. & 2. & disc. 144. o. locis proxime supra citat. p. d. disc. 144. & disc. 167. eod. tit. q. eisdem, disc. 1. & 2. 142. & 144. r. d. disc. 144. ac etiam in supplem. l. d. disc. 144. ac etiam disc. 90. & 155. r. eisdem disc. 144. & 155. u. d. disc. 144. & disc. 152. x. ibidem proxime supra. y. De his disc. 144. & 155. ac etiam disc. 5. 13. & 14. z. De his locis proxime citat. sed magis sub titulo de leg. & de tract. a. d. tit. de leg. & de tract. b. sub tit. de def. disc. 36. & 108. c. disc. 36. & 145. cum aliis de quibus supra ad materiam Arth. res. que. d. disc. 144. & disc. 142. & 144. l. eod. disc. 144. g. disc. 1. & 2. d. disc. 142. & 144. h. disc. 49. & 149. i. de his omnibus, d. disc. 1. & 2. 142. & 144. l. de his omnibus ad materiam legis dotium moderatoe, disc. 22. cum duobus seq. & disc. 143.

De actione, vel remedio competente dotanda adversus dotarem debentem pro dote constituenda, & an talis actio sit summaria, & executiva, & quomodo, & de quo tempore sit exercibilis.

Nanis autem esset omnis legis, vel hominis obligatio, quae non produceret actionem, vel aliud remedium, quo mediante renitens obligationem implere ad id cogi non posset, atque id quod lex, vel homo praecipit, executioni non demandari; hinc proinde ad hunc effectum de pluribus officio solet, primò scilicet an dotis constitutio debita sit officio iudicis, vel potius iure actionis; secundò an pro ea competat hypotheca, seu aliud privilegium; tertio an eius causa sit summaria, & executiva; quarto ubi sint plures in dicte obligatione aequales, an dotanda competat actio contra quemlibet insolvidum, vel solum pro virili; quinto circa tempus, in quo dotis constitutio peti valeat etiam ante matrimonium, & quomodo; & sexto an hoc jus petendi dotem constitutam sit cessibile, vel transmissibile.

Quoad primum, in ea dotandi obligatione quae in parentibus aliisque coniunctis resultat ex dispositione legis ratione sanguinis, vel charitatis, excepto patre idoneo, & pro prima dote, verius est, iudicis officio non autem iure actionis eam exercibilem esse; in patre autem est sub quaestione, aliquibus volentibus illam obligationem utpote strictiorem esse iure actionis; probabilius tamen, magisque communis videtur opinio, ut quod in aliis ut supra procedit, in patre quoque locum habeat.

In illis autem, quorum obligatio provenit quidem etiam à iure communi, non autem ex dicte ratione sanguinis, vel charitatis, sed ex altera delicti, ut sunt suprapator, & raptor, contrarium dicendum est; prout in obligatione resultantem à statuto exclusivo fœmiliarum per filios masculos, vel alios agnatos, quibus iniungitur onus dotandi eandem feminas, idem dicendum est, ut scilicet iure actionis hoc ius petendi dotem competat, quod alii explicant sub termino conditionis ex lege, vel statuto, m.

Exitu verò controversiam est iure actionis debitam esse dotem constituendam ex dispositione hominis, sive per contractum, sive per ultimam voluntatem, ac etiam per pactum nudum, quod actionem producit, dum in dote illud peculiare habet.

habetur, ut etiam pactum nudum, quod de iuris stricta censura actionis productivum non est; id operetur.

Quo verò ad secundam quaestionem super competentia hypothecae legalis, quoties agatur de dote constituenda ex dispositione hominis per ultimam voluntatem, certum est intrare illam hypothecam, quae à lege tribuitur legatis, quorum iure dotanda huiusmodi hypothecae obtinet, sive dispositio sit voluntaria, & ex liberalitate, sive ex necessitate, eorum se qui aliis ratione sanguinis, vel charitatis, aut delicti dote tenentur, quoniam huic dispositioni majus robur tribuendum est; cadente solum quaestione in casu dispositionis conditionalis, an se hypotheca defumatur à die mortis testatoris cum retrotractione, vel potius à die purificationis conditionis, ob concursum eorum, qui medio tempore jus in bonis per heredem possessis acquisissent, aliquibus dicunt retrotractionem simpliciter negantibus, aliis autem distinguunt inter speciem, & quantitatem, ut primo casu retrotractio detur, secus autem secundo; utraque tamen rejecta, probabilius magisque recepta videtur ea quae retrotractionem ad tempus mortis testatoris concedit.

Ubi verò agitur de dote debita ex dispositione juris doti constituenda, verius est hypothecam non competere, sed solum actionem personalem, tum quia id non reperitur in iure dispositum, atque ex veriori, magisque recepta sententia dos est solum privilegiata in casibus expressis, tum etiam quia dicitur debita etiam in parentibus originatum ab alio debito legitimum, cui verius est hypothecam non competere. p.

Effectus autem notabilis videtur in dotare obligatis ex delicto, ut sunt suprapator, & raptor, vel patris homicida, ob concursum creditorum hypothecariorum eorumdem, quamvis posteriorum, in aliis verò ratione sanguinis, vel charitatis ut supra obligatis, certum est verificabilem non esse ius concursuum, cum semper creditores ipsius dotare debentis quamvis chirographarii vincant dotem constituendam, unde propterea de hoc queri solet cum tertis ab heredem dotare obligatis iure domini, vel hypothecae jus medio tempore acquirentibus, quoniam contra eos agendo, vel eisdem in concursu repellendo, illa personalis actio, quae dotanda competit, potius realis, vel in rem scripta naturae operationem habet etiam contra tertios iure domini, vel hypothecae jus ab heredem habentes, aliquo praedicti effectus ex hypothecae carentia resultantem ex necessitate excussionis aliorum bonorum priusquam contra tertium agatur, vel in feudis. q.

Crediderunt aliqui hypothecam competere in bonis fideicommissi subiectis, super quibus puellis descendentibus lex ut supra concedit facultatem petendi dotem subsidiariam, moti ex aliorum assertionibus, ut ascendendum bona pro descendendum dote affecta sint, stante quod obligatio oriens à ratione sanguinis, ad heredem ac bona ut supra est transmissibilis; verum erronea est huiusmodi opinio, utpote nulli innixa fundamento, quoties non accedat fideicommissi dispositio, ex qua tanquam ex legato huiusmodi effectus resultet; improprius enim est, ut subsidiaria, quàm tribuitur pure ac simpliciter obligationi parentis viventis; bonorum etenim affectio, ita per antiquiores explicata fuit ad denotandum huiusmodi obligationis transmissionem, ac etiam peculiarem naturam huiusmodi actionis personalis pro eius exercitio, & competentia contra tertios possessores, ut ita spectato effectus speciem realis, vel in rem scripta habeat, non autem quod exinde inferri valeat ad hypothecam, quam idem importare ac dictam affectionem aequivoce aliqui crediderunt, remanente solum debetate circa dictam ita privilegiam personalem actionem per dotandam contra tertium exercibilem, an se. id procedat in illis paribus, in quibus per jus municipale ad favorem creditorum heredes fideicommissi majorum derogatur, ut est in statu Ecclesiastico illa lex quae nuncupatur Bulla Baronum, ita ad favorem creditorum, Baronum, ac Domicellorum disponens, quod utpote speciale, aliis regionibus non commune, suam particularem habet tractationem, ubi videri potest. r.

Item dote debita ex statuto, putantur aliqui competere hypothecam, sed male, cum id nullum habeat iuris fundamentum, praeterquam ubi statutum directum esset ad bona quorum respectu aliqua contineret verba, quae hypothecam praeferebant, ut in dictione, super exemplificari solet; quod tamen non est extra dubietatem, sed pariter modice est huius inspectionis effectus, cum ita supponatur

habetur, ut etiam pactum nudum, quod de iuris stricta censura actionis productivum non est; id operetur. Quo verò ad secundam quaestionem super competentia hypothecae legalis, quoties agatur de dote constituenda ex dispositione hominis per ultimam voluntatem, certum est intrare illam hypothecam, quae à lege tribuitur legatis, quorum iure dotanda huiusmodi hypothecae obtinet, sive dispositio sit voluntaria, & ex liberalitate, sive ex necessitate, eorum se qui aliis ratione sanguinis, vel charitatis, aut delicti dote tenentur, quoniam huic dispositioni majus robur tribuendum est; cadente solum quaestione in casu dispositionis conditionalis, an se hypotheca defumatur à die mortis testatoris cum retrotractione, vel potius à die purificationis conditionis, ob concursum eorum, qui medio tempore jus in bonis per heredem possessis acquisissent, aliquibus dicunt retrotractionem simpliciter negantibus, aliis autem distinguunt inter speciem, & quantitatem, ut primo casu retrotractio detur, secus autem secundo; utraque tamen rejecta, probabilius magisque recepta videtur ea quae retrotractionem ad tempus mortis testatoris concedit.

Card. de Luca, Lib. VI.

concursum cum tertis causam habentibus ab herede, & succedere, qui dotandam ex statuto excludit, unde propterea intrant ea quae de actione personalis habentem vim realem, vel in rem scripta saltem in subsidium facta excussione dicta sunt.

Circa tertiam quaestionem, an iudicium pro dote constituenda; sive sit officio iudicis, sive iuris actionis, sit summarium ac executivum ex statuto excludit, unde propterea intrant ea quae de actione personalis habentem vim realem, vel in rem scripta saltem in subsidium facta excussione dicta sunt. Circa tertiam quaestionem, an iudicium pro dote constituenda; sive sit officio iudicis, sive iuris actionis, sit summarium ac executivum excludens appellationem suspensivam; & super prima parte concordant scribentes, ut sit summarium non abiectionem solennitatis, quibus de iure, vel stylo subiecta sunt iudicia ordinaria; discordant verò circa alteram viam executivam, aliquibus cum tribuentibus, aliis verò magis communitur pro regula negantibus, istaque opinio probabilior, magisque recepta est, quoties non afficit aliqua ex limitationibus, quas dicta regula patitur; idque generaliter ac indefinitè in quacumque dote, sive de constituenda, sive etiam de restituenda asequenda, vel de restituenda agatur; & quamvis publicum instrumentum etiam iuramento vallatum accedat, quoniam iure communi attentio, una, vel altera qualitas, vel utraque simul iuncta hunc effectum non operatur.

Plures autem limitationes huiusmodi regula recipit, constituta solvenda, vel restituenda dotis magis congruae, illam praesertim resultantem à pactis, vel clausulis executivis, sive à iure municipalis tribuente generaliter viam executivam publicis instrumentis, ut in Regno Neapol. disponitur per Riturum M. C. V. atque in Urbe est statutum, quod doti tribuit viam executivam etiam contra tertium possessorem bonorum debitoris, quod etiam dispositum est in Regno Siciliae ultra per particularem ritum, quoties tamen agatur de dote constituta, seu debita per scripturam, cui tale privilegium attribuitur videtur, cum subditis tamen, unde si est laicale non afficit personas, vel bona Ecclesiastica.

Ideoque non intrat in dote constituenda, cui duae limitationes congruere videntur, una scilicet, ubi agatur de constituenda ex eadem dispositione hominis per ultimam voluntatem ex eadem ratione, ex qua supra dictum est legalem hypothecam competere, jure scilicet legati, pro quo, exceptio Tribunali Rotae, quod contrarium sequitur opinionem, in reliquis Tribunalibus Urbis, ac etiam magis communitur ubique recepta est altera opinio, ut via executiva competat, neque admittatur appellatio suspensiva, nisi ubi agatur de legato ambiguo, quod pendet ab interpretatione, à qua magis quam ab ipso legato appellatio concedenda videtur, sive ubi super ipsius legati validitate probabilis cadat dubietas.

Et altera est limitatio, ubi res desideret celeritatem, adeo ut mora periculum continet, sive irreparabile praedictum causet, quod in dote constituenda frequentius est practicabile, ubi scilicet agatur de puella supra nubilem, quae viduitatem cum periculo honestatis ulterius pati non debeat, cum similibus prudenti iudicis arbitrio ex facti qualitate pensandis.

Pro fructibus quoque sive usuris dotalibus plures crediderunt, ac foris quandoque recepit idem privilegium viae executivae competere, ducto argumento ad alimentum, quorum loco huiusmodi fructus credunt, quod tamen in vera juris ratione, cessante dicto motivo celeritatis ac irreparabilis praedicti ex mora resultantis, parum probabile videtur, quoniam etiam alimenta, ubi iure actionis magis quam officio iudicis debita sunt, quinimò etiam ea quae officio iudicis, ubi non sunt futura, tale privilegium non habent.

Super quarta superius distincta quaestione, an scilicet, ubi plurimum aequalis est dotis obligatio, utin constituenda frequenter contingit in pluribus fratribus, seu aliis eodem gradu conjunctis, vel parentibus haeredibus, quorum respectu non dubitatur, ut quoad eos aequalis sit contributum, quod etiam constituitur solvenda, vel restituenda frequenter congruit, an scilicet contra singulos agendum sit pro virili, vel competat actio insolvidum contra unum, vel plures creditorum placitos, quibus ex beneficio divisionis, vel ex cessis iuris detur postmodum contribui, seu reintegratio actio.

Atque ubi agitur de dote constituta solvenda, vel restituenda, licet non desint volentes hoc solidi privilegium doti competere, verius tamen est, ut cessante voluntate testatoris, vel alia particulari circumstantia ex pacto, vel iure municipalis resultantem, dos in hoc nullum habeat privilegium; in constituenda verò, quamvis eadem regula statuenda sit, de facili tamen limitanda venit ad instam alimenterum, quando intret eadem ratio celeritatis, & periculi, l. i. culi,

culi, quia nempe non possit commodè puella dotanda ab- que necessitate patendi viduitatem, plures convenire pro virali, coque singulariter excutere, ubi id incommodum reddatur. Ideoque est questio potius facti quam juris, ex eisdem facti qualitate, & circumstantiis pro iudicis prudenti arbitrio decidenda.

Quinta est supra distincta questio circa tempus, in quo hoc ius, vel actio petendi dotis constitutionem exerceri valeat, & quomodo, an scilicet ante matrimonium, in qua etate, & ad quem effectum; & quoad exercitium ante matrimonium, aut agitur ad effectum solvendi, & certum est illud non competere, cum sine matrimonio non debeat debetur dotale; quinimò etiam si agatur de dote pro certo, vel incerto matrimonio per publicum instrumentum ex pacto, vel statuto executivum constituta; quoties explicitam, vel de jure implicitam matrimonij conditionem doti regulariter connaturaliter continet, adhuc sine matrimonij iustificatione non intrat iudicium executivum, quod alias competit, unde propter ea in Regno Neapolitano ut praedictum sit in credito dotali forma illius Ritus, inolevit usus transfundendi dictum creditum in illud puri mutui, multo igitur minus pro dote constituenda, nisi jam sequuto matrimonio talis constitutio petatur.

Aur verò agitur ad effectum decernendi & taxandi, & tunc si petitio in incongrua etate omnino immatura sit, ad eum improprium sit, dotantem huic debito obnoxium declarare, sive quod probabiliter ob intermedium tempus incertus sit futurus status numeri filiorum, & quantitatis patrimonij, & qualitas, vel animi puellae dotandae, ex quibus dotis major, vel minor taxa pendet, certum quoque est petitionem rejiciendam esse; ubi verò dotanda constituta sit in etate nubili, ac in tali statu quod probabiliter de proximo speret nuptias ita faciendas cum dotis taxa, & declaratione, & tunc licet aliquid id negent ex duplici ratione, una scilicet non purificata conditionis matrimonij sine qua dos non debetur, & altera, quoniam inter circumstantias ex quibus iudex pro congruitate, vel paragii taxa suam arbitrium regulare debet, sit qualitas viri, idcirco isto non certificato id non sit practicable; verius tamen est contrarium, quoniam si in omni materia indifferenti, ut praesertim in fideicommissaria frequentior praxis docet (quidquid aliqui dubitaverint) probabilius magisque receptum est, vel simpliciter ac indefinitè, vel saltem aliqua iusta causa accedente dari iudicium preventivum, seu de futuro, non quidem ad effectum cogendi ad praematurè dandum, vel solvendum, sed ad effectum decernendi, seu declarandi, ut cedente die, vel purificata conditione debeat, & sic faciendi preventivè illam litem, quam facta casu sublinere oportet; multo magis & absolute dubio recipiendum est in hac subiecta materia, in qua duplex iusta causa concurrat, magis quam in quacumque alia; primò scilicet ne alia puella constituta in etate matura cogatur tunc diuturnam litem sublinere, adeo ut senectam in viduitate reducat; & secundò, quia non de facili inveniretur vir incertus de dote, qui duplicem litem suscipere velit, unam scilicet super constitutione ac taxa dotis, & alteram, quam ipsa uxor ex communi districto importat.

Idem praesertim pro facti qualitate congruum est, ubi agatur de illa dote, quae petatur ex fideicommissio per alium potissimè remotum agnatum, seu de diverso colonello possessore, ob onus quod dotandae incumbit plurimum iustificationem; primò scilicet fideicommissi, secundò identitatis, & quantitatis patrimonij, tertio consuetudinis generalis, vel particularis, quarto legitimationis personae circa eius descendendam à fideicommittente; & quinto fortius super iustificatione subsidij ob non existentiam bonorum liberorum, quae omnia notabile temporis intervallum exigunt; sive ubi agatur de dote constituta per eum, de quo incertum ac disputabile sit in iure, an teneatur dotare necesse, ut sunt patruus, frater uterinus, amita, & matertera, & similes.

Ideoque ista questio decisionem recipere videtur ex prudentis iudicis arbitrio, regulando ex facti qualitate suadente, vel respectivè excludente huiusmodi praematurum iudicij iustam causam, non autem ut generaliter ac indefinitè id per regula standum sit, ne alias puellis effrenata licentia detur parentibus, vel fratribus ita praematurè ad iudicium evocandi; omnino tamen reprobata opinione voluntum, ut etas ad huiusmodi iudicij exercitium congrua non dicatur nisi illa, quam lex ad excusandas indignas nuptias praescripsit; annorum, vel quod debeat saltem esse

in excessu notabili supra virilem, quoniam si tunc & non prius litem suscipere possit, cogetur puella lite durante, quae iuxta regionem, seu tribunalium qualiteram diuturna esse solet, viduitatem longo tempore pati, ideoque vitiosum est utrumque extremum, in quod puri leguleici frequentè incurere solent.

Ad argumentum verò incertitudinis viri, ex cuius qualitate resultat taxa, faciliè est responso, quod scilicet iudex eandem taxam facere debet cum praeposito viri æqualis, quoniam si dotanda inæqualem deinde duceret in melius, quia nempe melioris conditionis inveniret, qui dote jam taxata contentus esset, nimium commendanda erit; & converso autem, si inferiorem ducat, cuncta dos non congruat, iustè dotis debitor moderationem petere poterit, ideoque firmum est istam esse quaestionem facti potius quam juris, pro singularum casuum particulari qualitate decidendam.

Major autem difficultas dignosci videtur in hoc preventivo iudicio ante matrimonij purificationem conditionem super eisdem dotis deposito, vel assecuratione, ut ita contingente casu matrimonij prompta sit, super quo scribentes pariter variant; verum idem quod proxime supra, dicendum venit, ut scilicet sit questio potius facti quam juris, ideoque pro facti qualitate ex prudenti arbitrio diversimodè decidenda; si enim praematura dotis assecuratio, vel depositum exigatur tanquam preparatio necessaria, sine qua matrimonium aliàs sequi non possit, ut contingit praesertim in dote pro matrimonio spirituali, quoniam non admittitur puella ad habitum monasticum, vel ad novitiatum, qui saltem pro annuum professionem praecedere debet; nisi prius dos penes sacram, vel publicam ædem, vel in ipsius Monasterij arca deponatur, ac etiam nisi fiat expensa pro ingressu, ac durante anno probationis, quae omnes ut supra dicuntur dos, vel ejus pars, & tunc etiam ante matrimonij purificationem conditionem dotans cogi poterit ad solvendum, quod etiam in matrimonio carnali verificari possit, ubi scilicet ex more regionis, seu aliàs pro facti qualitate ad illud non de facili deveniri valeat, nisi dos in toto, vel in parte de tempore ipsius futuri, seu aliàs anticipatè praestetur, idque exemplificatur tanquam à frequentius contingentibus, non autem taxativè ad alios casus, in quibus eadem concurrat aliqua causa cogendi ante preventivè ad assignationem bonorum, seu assecurationem, vel depositum pro facti qualitate & circumstantiis, ex quibus totum pendet.

His omnibus procedentibus in dote non habente legitimam naturam & privilegia, & adeo ut detur jus illam petendi non purificata conditione matrimonij, secus autem, ubi succedit loco legitime, omnem conditionem, vel dilationem rescant, praeterquam ubi conditio, vel dilatio per ipsam parentem adjecta esset ex motivo prudentis ac providi consilij, quod eisdem filiae favorem ac utilitatem potius quam gravamen, ac praedictum contineret, juxta eam licentiam quae generaliter parentibus cum filiis masculis tribuitur; vel si ageretur de dote ex dispositione hominis pura, non autem conditionali, nuptiis pro consilio magis quam pro conditione adjectis.

Demum quoad sextam & ultimam quaestionem sub ista rubrica cadentem, cessibilitatis scilicet, vel transmissibilitatis dotis adhuc non constituit, vel juris petendi nullius constitutionem; retento eodem mox insinuat praeposito, quod scilicet non agatur de dote succedente loco legitime, in qua huiusmodi quaestiones cessant, cum in quacumque etate absque conditione, vel dilatione illicè pro obitu parentis filio legitime queratur abque dubio cessibilis ac transmissibilis, vel de dispositione hominis pura, non autem conditionali ut supra; sed agatur de illa dote, quae explicitam, vel implicitam habeat matrimonij conditionem, sine qua aliàs dotis obligatio, ac respectivè actio non intrat, & tunc, aut agitur de cessione, vel transmissioe feminae dotandae quae deest in nuptia, & extra contrarium est nullam dari cessionem, vel transmissioem juris petendi dote ratione fanquibus, vel charitatis ex dispositione legis, vel etiam ex dispositione conditionali hominis, ob illius educationem ante purificationem conditionem; cadente solum quaestione circa eam dote ad quam supinator, & raptor tenentur ob aliquorum opinionem superius insinuatam, ut etiam rapta, seu furpata non nubente, debetur utpote purum intret, quo posito, cessioni, vel transmissioi locus esset; quia verò contrarium verius est, ut istud quoque debetur implicitam habeat matrimonij conditionem, idcirco solum cessibile, vel transmissibile isto casu erit id quod tanquam estimationem in-

juris, vel refectionem damni purè deberi supra dictum est.

Aur verò agitur de cessibilitate, vel transmissioe juris petendi dorem per nam nuptiam, adeo ut matrimonij conditio iam impleta sit, & tunc, aut agitur de cessione quae principaliter fiat in gratiam ipsius nuptae ab alio provisa, pro cuius reintegratioe hoc jus cedatur, & planum est jus esse cessibile; utpote puella ingreditur Monasterium ut habitum suscipiat, ac debito tempore professionem emittat, quod sequi non potest nisi praevio deposito dotis dari cessariis, si ille cuius prior dotandi obligatio est, id adimplere nolit, vel non possit ob aliquod impedimentum, unde de tertius, vel etiam remotior conjunctus id agat animò repeterendi, nullum dubium est hoc jus esse cessibile, quinimò aliquando cessio à jure subintelligitur quoniam à multo non fiat, ubi scilicet, ut supra advertitur, ob difficultatem assequendi promptam dorem ex bonis liberis, puella ex subsidiario remedio à lege proditio illam obineat ex bonis fidei commissis ascendens, cui subintelligitur facta cessio jurium puellae contra dotare obligatum, vel ad bona libera competentium pro eius reintegratioe, vel ad bono generaliter, sive pro uno, sive pro altero matrimonio dicendum est in quocumque dotante, quoniam in eo subsidiaria obligatio concurreret, quando id agat coactus, vel etiam coactionem preveniendo voluntariè, animò tamen repeterendi ab eo, cuius prior sit dotandi obligatio, cum ita non in gratiam cessionarij, sed potius cedentis principaliter cessio fieri solet.

Cadente quaestione in excessu proveniente ex dispositione hominis, quae conveniat etiam matrimonio spirituali, pro quo tanta summa necessaria non fit, & tunc receptum est in extraneum, cessibilem, vel transmissibilem non esse, quasi quod dos pro matrimonio, vel nuptiis simpliciter relicta in summa excedente, atque carnalibus nuptiis quocumque congrua, earens conveniat spiritualiter nubenti, quatenus admixta esset favor monasterij, cuius dispositionis voluntas afflat, non autem privati cessionarij.

Ubi verò jam nuptae ab alio provisione quam sibi ipsa paravit, ac alienum contraxerit (quod non in idem) tunc, aut dotanda adhuc vivens dotare obligatum interpellavit ad dorem sibi constituendum, eumque in mora constituit, & pro cessibilitate, vel transmissibilitate respondendum videtur; possimè autem favore filiorum ex eo matrimonio superfluum, cum in odium morosi actus faciendus habeatur pro facto; aut verò petitio, ac respectivè mora non adest, adeo ut de tempore quo cessionarij, vel transfusionarij petiti, non superavit ipsa dotanda, unde deficiat extremum habile, & tunc probabiliter est nullam dari cessionem, vel transmissioem, tum quia deficiat ratio obligationis, tum etiam quia dotare obligatus rectè transmissioem ad eum potest, quod in casu quo ad dorem constituendum coactus esset, habuisset in animo adjectè pactum reversionis, quod adire poterat; & quod non superfluum filijs, iustam ac rationabilem esset de jure subintelligi debere in dote, quae à fidei commisso extrahitur, ut supra advertitur, quasi quod iudex, seu lex debeat in melius, supplere id quod defunctus si viveret, possit, ac verissimiliter potius vellet, dum perpetuo bonorum conservacioni in familia, vel descendencia studuit.

Aliqua cadente difficultate, quando ex matrimonio superfluum filij, praesertim verò ubi agitur de dote, quae ex statuto constituenda est scemine exclusae quoniam extraneae reputata in quandam recompensam successione, atque de aliis ad materiam cessionis, vel transmissiois iurium, ac privilegiorum dotalem habeatur infra occasioe consensu creditorum cum dote constituta solvenda, & restituenda.

m. disc. 15. cum aliis ibi insinuat. n. ibidem.
o. infra in materia consensu. & disc. 166.
p. ibidem. & sub tit. de feud. ad Bullam Baronum, disc. 78.
q. ibidem. r. d. disc. 78. de feud. & hoc tit. disc. 166.
i. super his omnibus in materia via executoris, disc. 57. & duobus seq. & sub tit. de iudicis.
r. disc. 140. & d. tit. de iudicis.
u. ut advertitur, disc. 161. & alibi hoc tit.
x. disc. 167. hoc tit. y. disc. 142. hoc tit.
z. disc. 112. hoc tit. a. disc. 145. hoc tit.

De personis aliàs disponendi libertatem sine certa solemnitate, vel forma non habentibus, an dorem valide constituunt, seu in eius causam obligentur, & an generaliter, & pro regula dos sit privilegiata.

Occasione praesertim illarum personarum, quae de jure communi, vel municipaliter ad contrahendum inhabilitatae sunt, certa forma, vel solemnitate non adhibita, quaeritur in iure, an dos sit generaliter, seu pro regula privilegiata, vel potius in illis tantum casibus, in quibus lex aliquid ei speciale concesserit; & quomodo perique opinentur regulam generalem doti asserere, cessantem perique opinentur regulam limitatis, unde inferitur sub novis legibus, vel dispositionibus generaliter eam non comprehendit absque speciali mentione, contrarium tamen verius magisque in foro receptum est, ut scilicet generaliter (secundum iuris communis dispositionem) reguletur, exceptis casibus, in quibus specialiter privilegiata sit, unde propterea scribentes multa colligunt ejus specialia privilegia, inter quae tamen quampura recensentur, quae licet vulgò talia dicantur, non tamen verè sunt, sed potius ratione subiectae materiae, ac ob aliquam rationem doti magis quam aliis contractibus convenientem, generaliter de jure procedunt in omnibus aliis, in quibus eadem ratio congruat, à frequentius tamen continetur in dote magis verificantur.

Quia verò mulieres de jure communi generaliter habiles ad contrahendum, quoties minor aetas, vel aliud impedimentum, viris etiam commune, non obstat, impeditè solum sunt ex Senatus consulto Vellejano, quod causam dotis excipit; hinc proinde magis communis, & recepta scribentium schola desumpsit dotis privilegium, quod scilicet mulier major quamvis à jure municipaliter inhabilitata ad contrahendum sine certa forma, & voluntariè, adhuc priorè habitatem de jure communi competentem retineat in causam dotis, pro qua ubique tali forma, ac solemnitate valide contrahit, atque se obligat, & quomodo aliqui distinctionem adhibeant inter causam necessariam, & voluntariam, contrarium tamen verius, ac receptum est, ut indefinitè etiam ex causa merè voluntaria, & ad favorem extranei contrahere possit, dummodo tamen in causam dotis praesens id fiat, adeo ut sit causa finalis, adeoque id praesens id fiat, confitto causam principalem esse illam dotis, & sine qua alias contractus initus non esset, quod si alia causa cumuletur, id cessare faciat hoc privilegium, quod recipiendum non est, nisi quando causam multipliciter excludere dictam circumstantiam, quod dos esset principalis, seu finalis, ac probaret quod potius esset impulsiva, seu finalis, sed quomodo in dubio praesumptio, contraria probatione, vel fortioribus praesumptionibus elidibilis, hinc proinde si ex facti qualitate constat dorem fuisse causam sine qua non, alias vero casus accessorios, seu ad majorem firmitatem adjectas esse, dicta restrictio recipienda non est.

Restringunt perique hoc speciale, ubi mulier cum enormi lesione indotata remaneat, sive ubi suscipiendo illud dotationis onus quod viro incumbit, exinde resultet implicita donatio de jure prohibita inter virum, & uxorem, cui ita indirectè frans fiat, verum neutrum casus pro limitatione recipiendum est, sed potius pro cessatione rationis; in primo enim casu, quia de equali dote concursu agitur, rationabiliter est dorem jam constitutam conservari, quam novam constitui tanquam ex conuassatione privilegij in eadem causa aequè privilegiata, & quoad secundam restrictionem, illa non percutit actum constitutionis dotis favore dotatae, vel ejus viri, sed bene praesumptionem, ut mulier dotans animo fe reintegrandi à viro egerit, ac fideiussorio potius quam proprio nomine, quomodo pro communi filia, quoties tamen totius oneris suscipio concurrat; secus autem, ubi patre pro ejus viribus congrua in parte dotante, mater ex benevolentia, vel complacentia reliquit, licet praesens non necessarium sit, ut frequens praxis docet, quod patre prudenter puellam disponente ad eligendam vitam spirituales in Monasterio, in quo longe minor dos congrua est, & sufficit, mater juxta commune consuetudinem vitium, cupiens magis nuptias carnales in filia, supplet illam majorem dorem, quae ad hunc effectum necessaria est, sive quod patre inventente virum, honestum quidem ac aequalem, seu non omnino inaequalem minori dote contentum; mater, ut digniorem virum filiae tribuat, pro consueta muliebri vanitate, dorem augeat, cum similibus; semper enim juris praesumptio cedit veritati.

ab expressa probatione, vel fortioribus presumptionibus resultantibus.

Quo vero ad minores, tam de jure communi, quam respectu municipalium, abque certa solemnitate, vel forma contrahere prohibitos, dos privilegiata non est; licet enim scribentes distinctionem adhibeant inter causam necessariam, & voluntariam, ut scilicet hoc secundo casu prohibito procedat, non autem in primo, in quo actus subintenditur; attamen id non proyenit ab aliqua specialitate, sed potius a ratione generali quecumque actum necessarium gestum eo modo, ad quem minor cogi poterat, subintente, quoniam necessarius potius quam voluntarius censendus est ille actus, qui prevenit coactionem, voluntarie fiat.

Adhuc tamen quoad minorem pro meliori elucidatione quatuor casus distinguendi sunt; primo scilicet in muliere minore se ipsam dotante; secundo in minore alteram dotante; tertio in viro minore dotem recipiente cum explicita, vel a jure implicita restituitur obligatione; & quarto, ubi posita regulariter validitate actus in dote congrua, agatur de parte excedente, in qua lesionis ratio cadat.

Primo casu femina minoris se ipsam dotantis receptum est, non dato excessu, seu incongruitate, valide fiat actus in pecunia, vel aliis bonis mobilibus, que servando servari non possunt, seu aliis consumptioni, vel dissipationi subjecta sunt; in stabilibus vero proceditur cum eadem distinctione desuper tradita in feudalibus, & emphyteuticis, seu aliis in libero commercio non existentibus, an scilicet datur estimata, vel inestimata, ut hoc secundo casu actus valeat, cum vera alienatio sequi non dicatur, neque mulier dominium amittat, serus autem in primo continenti implicitum contractum emptionis, & venditionis, minoribus abque solemnitate prohibito; nisi semel cum solemnitatibus ita pro primis nuptiis valide dote constituta, in stabilibus estimatis eodem modo secunde dotis constitutio fiat.

Eademque ratione, de qua supra in feudalibus, & emphyteuticis, alique prohibitum, in aliis abque solemnitatibus reputatur pactum lucris, quod tamen non ita indefinitum recipiendum est, ut in bonis prohibitis, in quibus vitium est reale quoad transitum in extraneum abque distinctione necessitatis, vel voluntatis, secus autem ubi vitium est in persona, non ex totali defectu intellectus, sed potius ex suspicata imbecillitate, ob quam de lesione timeatur; tunc etiam intrat eadem distinctio necessitatis & voluntatis, si enim ex jure municipalium, vel communi usu lucrum in certa uniformi quota, vel quantitate contractui dotali est connaturale, adeo ut saltem a frequentius conjungentibus sine illo matrimonio non contrahantur, sive illius pactum subintelligatur, ejusque taxa sit certa & uniformis, unde propterea lesionis suspicatio cessat, tunc dictum pactum aliam solemnitatem exigere non videtur.

In secundo autem casu minoris dotem recipientis, quamvis non desint simpliciter negantes, sive distinguentes inter obligationem factam a jure resultantem ac expressam, ut prima sit valida, non autem secunda, verior tamen, magisque recepta est indefinita affirmativa, quoties actus receptionis dotis verus ac sincerus esset, adeo ut omnis doli, vel circumventionis suspicatio ablat, quoniam prohibita non est illa expressa obligatio, que non facta de jure subintelligitur.

In tertio autem casu minoris in causam dotis constituende, vel restituende pro alio se obligantis, intrat dicta distinctio inter causam necessariam, & voluntariam, ut primo casu actus valeat, secundo autem non; & quamvis etiam in casu voluntarij plerique regulare negativam limitationem tribuant juramento, attamen id non concernit aliquid dotis speciale, sed cuiuscumque indefinito contractui generaliter commune est, quoties lex municipalis juramenti vim directam, vel indirectam non tollat, quod non solum doti, sed omnibus actibus commune est, adeo ut super validitate, vel respectu invaliditatis nil concurrat quod dotis privilegium contineat.

In quarto demum casu dotis excessiva, unde resultat lesio, non intrat inspectio validitatis, vel invaliditatis actus, sed solum moderatio per viam restitutionis in integrum, circa quam minores in eo privilegiantur, quod non subiacent requisito enormitatis, cui subiacent majores.

In filiis familias dos etiam privilegiata est, ut in ejus causam valide contrahant quamvis alias prohibiti; Quamvis enim de jure communi prohibito solum casum Macedoniani percutiat, attamen quia in eo etiam dos excessiva est; hinc proinde ducto eodem argumento, de quo supra in muliere majore in solo casu Vellejani prohibita,

resultat regula generalis, quamvis dicti juris communis specialis prohibitio in uno casu tantum per jus municipale ad omnes alios extensa sit, cum eadem tamen declaratio ne que supra habetur in muliere majore, ubi scilicet causa dote est principalis, ac finalis, non autem impulsiva, seu color. Atque hinc resultat privilegium generale circa accidentalem indebitationem personarum alias de jure communi habilitate, quod nisi jus municipale speciale dotis mentionem habeat, illa censetur excepta.

In illis autem personis, que ob mentis, vel judicii defectum generaliter per jus commune inhabilitate sunt, ut sunt papilli, amentes, prodigi & similes, nullum dignoscitur in dote privilegium, quod a lege positiva tribui non potest, cum defectus sit juris nature; & licet in dote aliqua in jure habeantur, que videtur specialia, puta quod filia amentis possit in bonis patris sibi dote constituere, vel quod tutor, vel alteri administratori aliqua major licentia, quam in reliquis actibus tribuatur, attamen id non proyenit ex aliquo privilegio, vel specialitate, sed potius a justitia, vel necessitate cause.

b de his disc. 16. cum pluribus leg. hoc tit. c. ibidem proxime, disc. 154. d. disc. 21. hoc tit. c. d. disc. 21. & hoc pod. tit. in Supplemento.

Dotis constitutio quando fiat & probetur; & quando de jure constituta censetur; item de quibus bonis & quoniam, an scilicet animo donandi, vel repetendi, sive fidejussorio, aut administratio magis quam proprio, & de una, vel altera dotis conditione, vel qualitate, presertim circa profectum.

Non reperitur in jure prescripta certa forma constitutionis dotis, sive a promissione, sive a traditione incipiat, quoniam sive in scriptis, sive ore tenus id lequatur, ac sive scriptura sit publica, sive privata, eo ipso quod constat de perfecta voluntate, nulla cadit questio forme, vel solemnitatis, nisi lex municipalis, etiam isto casu aliam disponat; quare tota inspectio cadit super probatione dicte perfectae ac efficaci voluntatis, que obligationem inducat, ideoque tres sunt inspectiones, prima super probatione expressa; secundo super jure presumptione, an scilicet, & quando dos abque facto positivo partium censetur constituta; & tertio, posita probatione voluntatis, super istius perfectione, que efficacia, adeo ut irretractabilem obligationem inducat.

Quoad primam, in concernentibus dotis favore certum est illi convenire omnem speciem probationis que generaliter in quibuscumque contractibus, & conventionibus indifferenter admittitur; questio autem solum cadit in privilegio, vel specialitate, an scilicet dos circa probationem in aliquo privilegiata sit, ut in ea minor sufficiat quam in aliis; atque plerique id crediderunt, sed male, quoniam licet pro dotis constituitur probatione leviores, ac presumptivae probationes in aliis conventionibus non bene concludentes, vel certam rigorosam solemnitatem non habentes admittantur, attamen id non proyenit ex privilegio, sed potius a subiecta materia, seu ratione illi congrua, ut scilicet cum ex communi usu licet possint, non tamen soleant contrahi matrimonia sine dote, idcirco ratione verisimilitudinis ab hujusmodi usu resultantis, actu magna assistit presumpcio, que probationibus licet imperfectis magnum sufficit momentum, seu adminiculum, atque non de facili cadit illa fraudis suspicio, que datur in aliis contractibus, vel conventionibus; sub quarum colore furtum occultantes de facili solent homines locupletationem assequere cum aliena jactura.

Probationis namque materia certam ac uniformem regulam generalem non recipit; sed major, vel respectu minorum desideratur pro facti qualitate, majorem, vel minorem verisimilitudinem presertim, seu majorem, vel minorem suspicionem inducentem; unde propterea habemus in materia ultimarum voluntatum, quod licet canones regantur ab eodem divino oraculo, ut in ore duorum stet omne verbum, attamen compatibiliter cum eo, in uno casu duo testes quinimo minores ab aliis adminiculis supplent, vel alia species probationis naturalis etiam adminiculative sufficiunt, in altero autem desiderantur quatuor testes idoneae integre fidei, quoniam in primo, in quo supponitur pia dispositio, assistit verisimilitudo, ac minor urget suspicio quam in altero ad prophanas causas, & eademque discretio habetur inter dispositiones cum liberis, ac respectu eum extraneis cum similibus.

Ista-

Istaque est vera ratio, ob quam dotis constitutio etiam imperfectam ac presumptivam, seu adminiculative probationem admittit, in aliis actibus insufficientem, sive non subiacet illis solemnitatibus rigoribus, qui in instrumentis alique documentis per jus commune, vel municipale in aliis conventionibus ad fraudis, vel falsitatis suspicionem tollendam adhibentur, & cum etiam sine positiva hominis conventionem, de facili ex sola lege presumptionem subintelligi quandoque solet, ut proxime infra.

Quoad autem inspectionem venit, ubi dicta verisimilitudinis, vel obligationis ratio assistit, in dote scilicet constituta per ipsam mulierem, vel per eos, quibus dotandi omnis praesens, vel saltem morale incumbit, abque tamen mixtura fraudis, vel praedicti tertii, secus autem in casibus conversis, in quibus ex eadem ratione retorquenda, major probatio desideranda venit pro facti qualitate, & circumstantiis prudentis ac probi judicis arbitrio pensandis, eo modo quo infra de dote per virum confessata ita distinguendo receptum habemus.

Quo vero ad alteram inspectionem presumptionis a sola juris dispositione resultantis, an scilicet, & quando abque positiva partium conventionem sequitur nuptiis, censetur constituta dos, & qualis, distinguende sunt primae nuptiae a secundis, in secundis etenim praesumptio est abque alia extrinseca probatione, ut dos pro primis jam constituta, pro istis quoque data censetur, quamvis mulier, seu alter dotans sit minor, quia sufficit primam dotem, valide constitutam esse, sive existat contra legem ejus taxam prescribentem, quia sufficit dispensatio pro primis nuptiis concessa, adeo ut si prima sit de omnibus bonis, ita quoque censetur secunda; & e converso si lex lege municipalium statum sit muliere simpliciter nubente essent omnia bona data in dotem, adhuc tamen si prima esset in certa quantitate, vel certis speciebus, eodem modo secunda, perinde ac si esset prioris constitutionis continuativa; quoties tamen secunda virid fiat expressa, vel praesumpta, cum sine sententia non detur animus, seu voluntas in correptione actibus praesens necessaria.

Licet enim destricto jure ista dotis jam constituta continuatione procedat cum eodem viro, atque in ea prioris matrimonii continuatio, que non obstante intermedia dissolutione per divorcium, ex quadam fictione posthinc apud Ethnicos dabatur, ac etiam quandoque apud Catholicos, ubi agatur de matrimonio rato tantum juxta casus, de quibus in sua peculiaris materia, attamen receptum est idem in secundo, vel ulteriori viro, ac pro diversis ulterioribus nuptiis.

Quinimo ubi etiam de jure secundum matrimonium dicendum esset primam ob primi invaliditatem; adhuc tamen si de facto sequitur, adeo ut conjuges in figura matrimonii vixerint, unde propterea dos de facto suam perfectionem acquirit, idem procedit; secus autem ubi ageretur de simplici destinatione, seu conventionem pro certo, vel in certo matrimonio, id operatur solum taxa praefinitio, ne per dotem efficacem alterari possit, non autem hanc regulam, bene tamen efficacem praesumptionem.

Plerique id extendunt etiam secundum matrimonium esse diverse naturae, seu qualitatis, quia nempe primum carnale, alterum vero spirituale; hoc autem hodie recitandum non videtur, cum pro ista matrimonii specie certa uniformis taxa sine personarum exceptione, presertim in nostris Italia habeatur, cum sola differentia inter virgines praesentanda sit pro facti qualitate, per quotas tamen ab unoquoque hujusmodi regulandas, unde propterea si prima hanc hujusmodi taxa major erit, ejusque dominium in muliere reveretur, tunc, ipsa in contrarium ante professionem non disponente, excessus pertinet quidem ad Monasterium, non tamen titulo dotis, & ex hac praesumpta repetitione, sed alio titulo successorio monialis, seu ob istius incapacitatem.

Nudam tamen juris praesumptionem dicta regula generalis continet, cedere debentem contrariae veritati a vera, vel praesumptiva probatione resultanti; ac etiam quoad proximam dotem, seu immediatam precedentem, non autem mediatam, quia scilicet in secundis nuptiis dos pro primis constituta aliquam alterationem in quantitate, vel qualitate, seu pactis receperit, quoniam pro tertis dos secundarum non autem primarum repetita censetur, quoad ipsos tamen conjuges; secus autem quoad jus, vel interesse tertii, sub

Card. de Luca, Lib. VI.

cujus nomine frequentius explicari solent filii ex praecedenti matrimonio suscepti, quibus fraud contra legis prohibitionem ira fieret, sive quoad praedictum creditorum, vel aliorum intermedio tempore jus in prima dote valide acquirunt, cum similibus restrictionibus pro facti qualitate, seu ex cessante ratione pensandi.

Cadente quaestione super primae dotis augmento extrinseco, quod ipso primi matrimonii initio, seu eo constanter factum sit, vel super lucris dotalibus occasione primi matrimonii factis, super quibus plures cadunt distinctiones in sua sede videnda.

Ubi vero agitur de primis nuptiis, quamvis non desint volentes constitutam censi dotem, vel in universo mulieris asse, vel in ea quantitate, que congrua, seu de paraggio sit, potissime vero ubi accedat bonorum mulieris administratio per virum cum perceptione fructuum, ac patientia super illorum consumptione in promiscuos usus; contrarium tamen est verius, magisque receptum, ut scilicet ista simplex, & nuda juris praesumptio non intret; bene tamen sufficit, nilminus operativa sit, ut aliae extrinsecae probationes quamvis leves, & adminiculative alias imperfectae admittenda veniant, adeo ut questio videatur potius facti quam juris super conjecturarum, seu praesumptionum efficacia, super qua licet scribentes nil minus certent, hujusmodi conjecturas investigantes, illam praesertim dotis per parentem morientem in certa, & determinata taxa jam constituta filiae post ejus mortem vendenda cum similibus; & ex qua conjectura magis receptum est hanc praesumptionem intrare, ubi per certis nuptiis, potissime autem sponsalium contractum habentibus, quamvis inefficacis, vel invalidis dos jam constituta est, attamen tanquam in quaestione facti ac voluntatis potius quam juris, certa, & determinata regula tradi non potest, sed in singulis casibus pro eorum speciali qualitate, ac circumstantiis decidenda venit, ad instar eorum, que in materia ultimarum voluntatum ex conjecturis, ac praesumptionibus desumendurum habemus, quod scilicet quandoque in uno casu alique conjecturae sufficient, in altero autem, qui identicus videatur, eadem ac longem majores inefficaces ex aliqua diversificante circumstantia reputanda veniunt.

Quo vero ad tertiam supra distinctam inspectionem, perfectionis scilicet, vel imperfectae voluntatis, de qua constat; inter dotis privilegia illud recentius solet, quod etiam pactum nudum adhuc perfectionem inducit, ac actionem producit, quod regulariter de jure denegatur, quasi quod dotis specialia favore subintelligenda veniant stipulatio, quamvis istud privilegium hodie raro in foro audiat, vel non aliter operativum sit, adhuc tamen scribentes potius scholasticis quam forensis plures desuper utilitates ponderant.

Prout in aliis actibus indifferenter sub quaestione est, an promissio de aliquid faciendo ceterum factum, atque actus perfectionem inducat, pluribus desuper cadentibus distinctionibus, vel declarationibus; sed ista autem favore receptum est, ut promissio de constituendo importet constitutionem, quoties tamen adhuc non permaneat in terminis simplicis pollicitationis, sive quod promissio facta non sit serio ac determinate, sed incidenter, seu per verba enucleativa, vel praesuppositiva, sive praesertiva, aut urbana, in quibus, vel similibus casibus cadit questio pro facti ac personarum qualitate decidenda, praesertim si agatur de personis, quibus proxima dotandi obligatio incumbere, seu verisimilitudo assisteret, cum similibus prudentis judicis arbitrio pensandis.

Idemque dicendum venit, ubi agatur de promissione, vel etiam traditione, dotis titulo, seu causa non expressa, an scilicet in causam dotis censetur, sive efficacem producat actionem, quod plures recipit distinctiones in sua sede videndas.

Item dubitari solet circa hujusmodi constitutionis efficaciam, vel inefficaciam, ubi illa esset obscura, seu vaga, vel incerta, aut in ipsis promittentibus, vel tertii arbitrium collata, ita & taliter quod in aliis actionibus indifferenter de perfectione, vel efficacia cadat dubitatio, an scilicet illa cesset ex speciali favore dotis, seu ex peculiari ratione illi congrua, quod plures recipit distinctiones pariter in sua sede videndas; cum non facile sit abque aliqua evagatione compendio incongrua id exprimeret.

Quaerit etiam frequenter solet (data constitutionis dotis sufficienti probatione ac perfectione) de quibus bonis talis constitutio facta censetur, & quo nomine, an

dente quaestione an id ex sola legis potentia proveniat tanquam ex privilegio legitime, vel etiam ex praesumpta dotantis voluntate, quod percipit casum in quo dos legitime quantitatem excedat, vel ob oneris, seu pacti subsistentiam in excessu, vel quod excessus ea intentione datus sit incho sit, quoties praesertim est supra congruam ex necessitate debitam, ut datus censetur in compensationem oneris post mortem quoque dotantis continuare debent, quod utpote in quaestione voluntatis, ac facti potius quam juris, pro facti qualitate diversimode iudicandum est.

305 Idemque in ea dote, quae pariter succedens loco legitima, filiae adhuc in nupte per ultimam voluntatem relinquatur, vel desinitur, adeo ut effectum post mortem fortiaur, cum ex privilegio legitime onera, & conditiones referentur, tunc nisi obiter contraria voluntas, cui non resistat legis prohibicio ob dictam compensationem cum excessu voluntario, quem in libro est filiae acceptare, vel potius impugnata patris voluntate, id quod ratione legitime debitum est, liberè assequi, pactum valet.

306 Eodem pariter iure regulandus est tertius casus dotis, quae, mortuo patre, per fratres, vel alios patris heredes filiae ab ipsa hereditate excludit constituitur, quoniam tunc de propriis huiusmodi dote ad dos constituitur, aliqua difficultate remanente, ubi per jus municipale, si filia fuisse alius de iure competente, femina reputetur extranea, adeo ut de legitima naturam, ac privilegia non sortiaur, an scilicet defuncti voluntate non concurrerit, utpote necessaria magis voluntaria tanquam per jus municipale demandata, onere, vel pacto praesudiciali gravari valeat, quo etiam casu negatya probabilior videtur.

307 In quarto autem casu dotis debite per matrem alioque ascendentes, vel collaterales ex mere subsidiaria obligatione, quoties non intrat idem privilegium legitime, cuius loco mortua matre, vel alio parente dos succedat, extra controversiam fuit, pacta à iure non prohibita adici posse, tam ad favorem ipsius dotantis, quae durante hereditate, quod sita pacti reversivi nomine expressi cari solet, quam iure fideicommissi, vel aliterus necessitate successione ad favorem ipsius dotantis filiorum, & descendentium, si ve aliorum.

308 Et ex qua ratione, ut alibi advertitur, fideicommissorum ordinatae ratione potest illi reversivi, quam lex, seu veritas legis interpres induxerit ob subsidiarias dotes descendibus constituendas, adiciendum scilicet pacta reversiva ad idem fideicommissum, saltem quando proles ex eo matrimonio suscipienda debet, tanquam ex cessante causa, quod etiam laudabile esset per iudicem supplementem veritatem fideicommissum voluntatem adici, ne alias ob dote extraneae heredes, quoniam omnem rationem, ac veritatem defuncti voluntatem, proprii descendentes ita excludat, ac depauperati remaneant, ut frequens praxis docet.

309 In quinto demum casu extranei dotantis, non ex liberalitate, sed ex necessitate, ut sunt supurator, vel raptor & similes, seu etiam illi qui ex hominis dispositione dote pure relicta praestare tenentur, certum est, pacta & onera adici non posse, nisi ea quibus, si non expressa, saltem tacita, & comperitur alius disponens voluntas assistat, cum pariter non de dotantis, sed de ipsius dotatae propriis bonis dos constituitur, ideoque intrant eadem, quae primo casu dotis ab alio de propriis dotatae bonis constitutaebantur, ut scilicet pacta, vel onera ex ipsius dotatae valido consensu implicitam donationem redolente robur ac firmitatem accipiunt.

310 In aliis autem extraneis ex liberalitate, ac placito dotantibus, nulla cadit difficultas super valida pactorum, vel onerum adjectione, dum qui nihil dare poterat, prohibendus non est diminuit, seu qualitate dare, adeo ut voluntatis tantum, non autem potestatis huiusmodi quaestiones esse solent, cadente aliqua difficultate in illis extraneis, qui habent quidem obligationem dotandi in genere, adeo ut non possint non dotare, sed obligatio restricta non est ad favorem certae, & determinatae personae, ut sunt illa dotata subsidia, quae, vel per montes familiarum, vel per pia loca, si ve per pie disponendum heredes distribui debent, atque tunc distinguendum venit inter subsidia praestanda puellis incertis de certo genere, ut sunt frequentius illa montium familiarum ad favorem puellarum de familia, vel parentela, & tunc nisi lex fundacionis huiusmodi facultatem praebet, illa non videtur concedenda, ad insar corum, quae habemus in dicto alio casu subsidiorum

praestandorum incertis de incertis pro distributoris libito, quod ubi etiam ex lege, vel instituto huiusmodi subsidia generaliter sub certa lege, vel onere distribuuntur, adhuc tamen idem quos adici non possit illis puellis, quae utpote de sanguine fundatoris, ex ejus veritatis voluntate praestationem à Principe, vel supremo Magistratu obtineant, vel illis quae ex eisdem fundatoris, vel disponentis voluntate à tercio nominanda sint, lex aliam habeat specialem praerogativam, seu circumstantiam, ob quam sub regula generali cadere non debeant.

311 In iis autem casibus, in quibus ut supra, pacta, vel onera adijcere licet, id recipiendum est, quatenus incontinenti id sequatur in ipso actu constitutiendi, vel antea, priusquam dotata, vel dotanda ius valide, ac perfecte quaratur, secus autem ex intervallo, & post ius valide, ac perfecte quaestum, cum tunc requisitus videatur ille idem consensus implicitae donationis inducitur, qui desideratur in oneribus ac pactis, quae adijciuntur in dote de ipsius dotatae bonis constituta ut supra, ideoque cadere solent quaestiones potius super facto, seu applicatione, quam super iure, quando scilicet dicatur id incontinenti, vel ex intervallo sequitur esse, ubi praesertim dote pro futuro matrimonio constituta, ante illius perfectionem pacta adijciuntur, quasi quod ob ad huc non purificatum conditionem, à qua actus perfectio resultat, dici non valeat jus quaestum esse, quod pendet à facti qualitate, & circumstantiis concedentibus, vel negantibus praesentiam, seu facultatem in toto, vel in parte id quod gestum est revocandi, vel reformandi, ideoque non de facili certum, ac determinatum regulam recipit, ut etiam sequitur in alia quaestione voluntatis, seu consensu ipsius mulieris super oneribus, vel pacti approbatione, tam circa ejusdem consensus existentiam, & perfectionem, quam circa validitatem, pendente decisione ex pluribus distinctionibus, ac facti circumstantiis non de facili sub compendio cadentibus, ideoque pariter in propria sede in casu occurrentia videndus.

312 Proceuntur hac in pactis quae in ipsa prima dote, vel incontinenti, vel ex intervallo adijciuntur, eodem durante matrimonio pro quo dos constituta fuit, ubi autem eo matrimonio dissoluto, atque dote ad dotantem reversa, contingat agi de secunda dote pro secundo matrimonio constituta, vel constituta, in qua nova pacta, vel onera adijciuntur quae non sunt in prima, vel alias primae dotis natura alteretur in praesudicium dotatae, seu etiam, ea contentente, tertio praedictum dotantem, puta filii primi matrimonii, tunc regula est, primam dotantem non posse pati diminutionem, quae ita sequi dicitur si ea sequatur in quantitate, ac si in pactis, vel oneribus praesudicialibus ejus diminutionem quoque importantis, nisi status rerum intermedia immutatio aliter suadeat, atque respectu immutationis prioris naturae, quae filiorum primi matrimonii praesudicium percipiat, attendendum est an sine justa causa id gestum sit, vel potius necessitate, vel iusta causa suadentis.

313 Plures aliae in hac materia pactorum dotantium cadunt inspectiones, praesertim circa pactum reversivum ad dotantem, an subsistat ubi concipiatur etiam constante matrimonio, si ve eo soluto, superfluit muliere, adeo ut eam in dotatam faciat, si illi ulterius nuptias impediat cum similibus, quae utpote in foro nimium rara, pluresque habentia distinctiones, pariter in sua sede videnda sunt.

314 Sive an in dote, vel matrimonio aliquid speciale concurrat, quod subsistat futurario successione pacta, quae alia hereditate nuncupantur, quae in toto, vel in quoto, vel de certa occasione matrimonii, & dotacionis frequenter concipi solent, quod sub pactorum in genere, vel successione materia potius cadit, quamvis & sub ista incidenter quandoque agatur, ac etiam, an pacta commissoria in pignore alia ob usurarium fraudes improbae sublineantur favore dotis, quae in hoc aliquod habeat speciale, de quo habetur in sua materia usuraria cum similibus, quae apud tractantes habentur, in foro tamen non multum frequentia.

315 *x De his omnibus, disc. 155. ac etiam disc. 90. & seq. eodem titulo.*
y dicto disc. 155. & disc. 152. x de his eod. disc. 155.
De dote excessiva & lesiva, inofficiosa, simulata, fraudulenta, dolosa, seu alias invalida.

316 Quando desinit Statuta, vel aliae provisiones super dotis taxa, super cuius excessu vel cadant quaestiones superius enunciate, si ve cesset dotantis, vel dotatae, ad viri dotem

dotem recipientis intellectus perfectus, ratione aetatis, vel sexus, seu alterius inhabilitacionis, & de qua personarum specie actum pariter est supra, vel non obicit qualitas bonorum pacta fidelicommissariorum, in quibus excessus bonidus est, ut etiam agatur ad hanc materiam, rari sunt in foro casus, in quibus facta de dote excessiva sonant in idem ac lesiva, quando tamen contingat, illud praesertim receptum est, huiusmodi exceptionem utpote potioris auctoritatis indagandis, non retardare iudicium summarium, vel executivum, quod pro dotis iam constituta aequatione competat.

317 Disputant autem scribentes, an cessantibus dictis casibus particularibus, dos aliquod habeat in hac materia singulare, vel potius regulanda veniat cum lesionis terminis generalibus, qui in emptione, & venditione, aliisque indifferentibus contractibus habentur, super quo nunquam scribentes variare videntur, pluresque adhiberi distinctiones, illa tamen magis probabilis videtur, quod si lesio deducatur ratione excessus in quantitate, intrent dicti termini circa dimidiam à iure communi, vel aliam quodam à iure municipali statuant; si vero circa pretium bonorum, in quibus dos constituta sit, neque talis excessus attendatur, nisi facti circumstantiae dolum expressum, vel praesumptum, aut intentionis deducatur ex falso praesupposito studeant, quoties tamen ipsa bona tanquam species inanimata data sint, adeo ut excessus, mulieris, ac dotis favorem concernat; secus autem si favore viri, quia nempe data sint bona animata, cum tunc non intrent termini dotis, sed potius illi impliciter contrarius emptionis, & venditionis, proindeque intrat eadem alternativa, & venditionis conceditur, vel scilicet patendi rescissionem, sibi relicto pretio, in quo dos consistere dicitur, vel supplendi iustum pretium, quae alternativa non cadit ubi agatur de lesione circa ipsam dotem in genere, cum sequuto matrimonio non sit practicable rescissio contractus, bene tamen reformatio, cum reductione ad iustitiam, mediante supplementatione, vel diminutione respectiva.

318 Quo vero ad inofficiam, nimium rari, ac forte inauditi sunt in foro casus illius visiose inofficiositatis, quae re & consilio dici solet, totumque actum vitari, quod in dotibus extraneis constituitur propria prole neglecta cadit, frequentius autem in ea quae uni ex filiabus in aliorum filiorum praesudicium per parentes constituitur, cum tunc inordinato parentum amoris, vel imprudentiae, aut spei melioris fortunae, non autem iniquo, seu malo consilio referatur illa excessiva dos, quae alias filias congrua dote, vel respectiva filios legitime denudatos relinquit, unde proterea non intrat actus irritatio, sed solum reformatio, adeo ut aliis legitimis, vel respectiva provisiis cum dote salva sit; ita tamen quod ad eorum commodum, ac favorem id tendat, non autem extranei, puta intermedii creditoris ejusdem inofficiose dotantis.

319 Exercibilis non est hac actio per filios masculos, quibus solum ius legitime competit, nisi mortuo parente, quando, & non prius tale jus aperitur, secus vero est in filiabus incertum parentis obitum in viduitate expectare non cogendis, quibus in statu nubili pro dote obtinenda hac actio aperitur.

320 Et quamvis antiquiores crederint, neque parentis obtinere sufficere pro huius actionis exercitio, sed matrimonii dissolutionem expectandam esse ob interesse viri foventis causam onerosam potius quam lucrativam in muliere solum considerabilem, à foro tamen hac opinio exulat, cum statim facto casu nubili aetatis in filiabus nubere volentibus, vel in masculis factu casu mortis parentis, rejecta aliquorum distinctione, an agatur de dote soluta, vel solvenda, & an in specie, vel quantitate, si ve an bona data extent necne, indistincte actio fit exercibilis, quae etiam in vita respectu masculorum ratione alimentorum, quibus alia provisiis non sit, vel alterius urgentis necessitatis, exercibilis videtur, ad instar eorum, in quibus masculorum necessitates, vel congruentiae feminarum dotacioni exequantur, ut etiam ex bonis fideicommissariis, non obstant legibus, & hominis prohibitione, & detractio competat.

321 Circa vero tempus desuper attendendum, non leviter certant scribentes, aliquibus opinantibus illud constituta dote attendendum esse, aliis vero illud mortis quoad masculos, vel quoad feminas tempus in quo dotei eis constituitur oporteat, istaque secunda opinio probabilior videtur, cum saepius parentes, divina providentia, vel fortunae beneficio fidentes, quamvis imprudenter unam familiam excessivè dotent cum spe dotandi alias cum bonis

interim superveniendis, praesertim vero ubi iure alicujus verisimilis speratur successione illa obventura esse iuste creditur, idque ubi equatur cum aliis filiis, vel respectivè filiabus, sufficere debeat saltem remanere eorum jus de tempore quo illud aperitur, & competat, dote tamen data, quamvis isto casu moderati non subiecta in calculo patris auctis ponenda pro legitima, seu congrua dotis aliarum quaestione regulanda, eodem modo quo in calculo ad hunc effectum ponuntur, ac pro extantibus habentur omnia ea quae per parentes titulo lucrativo distrahuntur contingat.

322 Prout & alia temporis quaestio est circa huiusmodi actionis praescriptionem, aliquibus opinantibus ex quinquenniali silentio ad instar inofficiositatis testamentorum resolutae, verius tamen est contrarium, ut haec actio quoad praescriptionem sub aliarum actionum regula generali cadat. De alio vero sub hac inofficiosa dote materia cadentibus, ac per scribentes disputatis, ad scholasticos magis quam ad forenses inquirere pertinet.

323 Frequentior autem in foro est materia dotis simulatae, dum ad pompam, vel honestatem major dos fingitur, quam reverà in conventionem deducta sit; isto autem casu nulla ferè videtur cadere quaestio juris, cuius dispositio plana est, ut veritas magis attendi debeat, non autem quod simulatae concipitur, ideoque remanet quaestio facti, quando scilicet constare dicatur de simulatione ab initio actum irritante, si ve operante, quod ille nunquam in ea parte habeatur pro non facto, vel potius in praesudicium mulieris, cui jus quaestum est, id assertur inter dotantem, ac virum, vel respectivè in praesudicium viri inter dotantem, & mulierem ex intervallo, adeo ut reductionem, seu diminutionem dotis iam constituta potius, quam deficientiam ejus substantiae ab initio id importare dicatur, quod utpote facti & voluntatis magis quam juris, certam ac determinatam regulam non recipit, sed pro facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis prudenti rectore arbitrio decidendum est, non desiderando tamen exactas, ac rigorosas probationes, vel etiam imperfectas, & adminiculativas ratione subiectae materiae attendendas, adeo ut quandoque unico etiam testi mediatori probatae fidei, quamvis alia ratione conjunctio sanguinis, vel alia ratione destricto iure exceptione elidibili, aliquibus quamvis levibus adminiculis concurrentibus deseri consueverit.

324 Fraudulenta dos ad plures effectus, vel in pluribus casibus considerari solet, primo scilicet ut exinde resultat fraud creditorum, quibus dotans de tempore dotacionis premebatur, & tunc distinguendum est inter creditores hypothecarios, & chirographarios; in prima enim specie, si datur in dotem ipsa bona, quae adhuc extent, vel pro extantibus habenda sint, si ve promittantur in quantitate pro qua conjuges concurrant, tunc certum est quod creditores eos vincunt iure hypothecae anterioris sui praesentis, nulla cadente differentia inter virum, & mulierem, seu causam lucrativam, & onerosam, cum dote constituta adversus constituentem nullum competat potioritatis privilegium.

325 Si vero constituta esset in quantitate non soluta, & consumpta, & tunc quoad virum foventem causam onerosam, dicendum venit idem quod generaliter habemus de quocumque creditore posteriore patiente, vel respectivè non patiente conditione, vel avocationem pecuniae per debitorem sibi solute à creditore anteriori, cum dos in hoc nihil habere videatur peculiare in hac parte passiva, quidquid sit de parte activa adversus creditores viri, ubi agitur de restituenda, de quo infra in materia concusis; cessato vero interesse viri, contra mulierem dotatam foventem causam lucrativam intant illa subsidaria, quae cum terminis pariter generalibus, & creditoribus ex causa onerosa conceditur adversus eos qui causam lucrativam fovent.

326 In altera vero specie cententium hypotheca, solumque personalium habentium, intrat eadem distinctio inter virum, & mulierem, ut vir fovens causam onerosam tutus sit ab huiusmodi creditoribus, quoties non sit fraudis particeps proprie, vel etiam interpretative, si ve acquiescente, quia nempe sit conficius aetis alieni, quo dotans praemittit, ac insufficientiae bonorum ad adimplendum utrumque onus dotis, ac dictis aetis alieni, iuxta terminos pariter generales dicti, de iis quae in fraudem creditorum; mulier vero dotata, utpote fovens causam lucrativam, tuta non sit; quoniam ita esset dotari non à patre, vel conjuncto, sed à cre-

creditoribus, sub quorum nomine explicari etiam solent illi, quibus ab usurario competit utrarum repetitio, cum distinctionibus, & declarationibus, de quibus in sua sede.

Et quavis scribendum ingenta torserit ea consideratio, quod vir molestus, & tamen juxta modernam opinionem superius innotuit, ac in foro magis receptam, eas patitur ab aliis dotantis filijs de lucro contententibus jure inofficioso actionis, quod aperitur, ac juris principis adversum videtur, at tamen habet aliquam probabilem rationem, de qua patitur in sua sede.

Secundo dicitur fraudulenta illa dos que constituitur ei cui donare non potest, seu cum quo alias elargitio exerceri non valeat, ita in fraudem prohibitionis affectuando titulum dotis, in cuius causam sublineantur ea, que alias prohibita sit, ut frequentius contingit in dispositionibus que fiunt cum illegitimis, five cum concubinis, vel similibus; quod tamen certam, ac determinatam regulam non habet, sed ejus deestio ex facti qualitate pendet, quoad dotantem scilicet filias illegitimas per se, vel per interpositam personam, an id sequatur ad limites alimentorum, seu congruas dotis juxta sibi incumbentem necessitatem, vel potius in excessu, vel liberalitate, & quoad dotantem concubinam, cui donare prohibitum sit, an id fiat bono animo eam reducendi ad meliorem frugem, five alia circumstantia concurrant, ob quas generaliter cum hujusmodi personis disponere concedatur.

Tertio sub fraudulento dotis nomine venit illud augmentum, quod constante matrimonio colluivum cum aliqua etiam antidata, five ob clypeum hypothecae legalis, cum qua licet posterior vincuntur chirographarii creditores quamvis anteciores, ita fiat ad eos excludendos; ac etiam sub hoc termino fitatur confessio de dote recepta, que per virum fiat, quod cadit sub inspectione dotis confestate.

Et quartum ultra alios casus, quibus generaliter eadem ratio congrua, fraudis ratio cadere solet in illa dotis constitutione, que fiat de bonis litigiosis, alias alienari prohibitis, & in quibus dotis titulus aliquid peculiare habere videtur, ut scilicet alienatio alias prohibita in causam dotis concedatur, quod procedit in eo qui necessitate cogente id agat, quia dotare de jure fit obligatus, ac etiam juxta unam opinionem, ut id fiat in subsidium non extantibus aliis bonis, in quibus hoc obstaculum non procedat, quod tamen suas patitur limitationes; operativa tamen existente dicta specialitate, seu exemptione quoad penas evitandas, non autem quoad colligantis prejudicium, quoadque is, in quem ex hoc non penali titulo alienatio facta est, audiri debeat, non autem quod colligantis novum judicium rescissorium ex integro pati cogatur, eo modo quo de alienationibus factis in clericos, ac in aliis non penalis generaliter statutum est.

Plures alie dantur species dotis infectae, five revocabilis, ratione scilicet erroris, vel doli, aut metus, seu falsi presuppositi, adeo ut concurrere dicatur defectus intentionis, vel etiam quod sit revocabilis in toto, vel in parte ex causa ingratitudinis, vel ob supervenientiam filiorum, five dotantis necessitatem cum similibus, quorum decisio magis ex facti qualitate, ejusque circumstantiis, pluribusque distinctionibus pendet; ideoque non de facili sub compendio cadit, sed in suate videri potest, cum praesertim foras raro haec audire solet. f

a. disc. 65. & 156. eod. tit. b. de his omnibus ad materiam dotis inofficiose, disc. 66. & disc. 156. c. d. disc. 156. & disc. 24. cum seqq. eod. tit. d. eod. disc. 156. e. eod. disc. 156. & disc. 66. f. eod. disc. 156.

De dotis qualitate, an scilicet in specie, vel in quantitate consistere dicatur, & quando bona data censentur estimata, vel inestimata cum effectibus exinde resultantibus, & an qualitas ab initio impressa ex intervallo constante matrimonio alteretur, reducenda de specie ad quantitatem, vel e contra.

Quavis in hac materia scribentes nimium se involvere videntur, longaque, ac involutas retexant quaestiones, pluresque adhibent distinctiones, praesertim super verborum formulis, & grammaticali eorum significatione; Verius tamen videtur hanc esse quaestionem facti, & voluntatis potius quam juris, decidendam in singulis ca-

sibus pro eorum respective individualibus circumstantiis juxta ea que in omnibus ambiguis morientium, vel inter vivos disponentium voluntatibus habemus; non omnis enim estimatio eundem operatur effectum, ob duplicem illius speciem, quarum una dicitur propria, redolens implicitam emptionem & venditionem, five dationem in solutum bonorum pro quantitate, in qua dos consistit, altera vero impropria, que ad alios effectus facit, sciendi vero valorem pro legis regulandis, seu pro firmando statu bonorum, ut inspicitur congruitas, vel facillius dignosci valeant culpose deteriorationes per virum mulieri rescindenda, vel e converso meliorationes, quas mulier viro rescere debeat; ut neque omnis estimatio omisso facti, ut dos consistat in speciebus inestimatis, cum istae quoque loco quantitas ex parium voluntate dentur sine pretio per legem, vel iudicem supplendo.

Aut igitur sumus in bonis, in quibus uterque terminus cadere valet, quia nempe eorum species perpetuo, vel ad tempus sit conservabilis, & tunc, aut voluntas est in verbis clara, & expressa, & nulla cadit questio, nullaque intrant praesumptiones, vel interpretationes; aut est ambigua, & tunc licet scribentes nimium se involvant, pro vera, & propria estimatione ponderando orationis contextum, an scilicet quantitas praecedat, species vero subsequatur, & e contra; vel an species infera, & genericè de certo genere promissa; five an posita sit in facultate solvendi, vel adde verba, five clausulae, que dominii translationem imporent; aut adfit stipulatio viri pro haereditate; vel quod eadem stipulatio super restitutione non dirigatur ad species; vel quod adfuit verba importantis facultatem alienandi; vel quod prima dos data sit aestimata; five quod partim detur in pecunia, partim in speciebus, cum similibus ponderationibus, quas plerique cum consuetate legituram simplicitate attendunt tanquam regulas generales, omnibus casibus indefinitè applicabiles.

E converso autem pro estimatione impropria plura ponderantur, illud praesertim, an fiat expressio fundi dotalis; vel ubi stipulatio fit, ut in casu restitutionis eadem species restituatur; vel quod estimatio non fiat inconveniens, sed ex intervallo, five quod aestimatio non respondeat vero pretio. Vel quod in dotatione deficiat potestas dandi bona aestimata cum vera estimatione, adfit vero dandi inestimata, ut praesertim in minoribus habemus, vel condigit in feudis, & aliis in libero commercio non existentibus, aut quod viri inopia de tempore quo bona dantur, id suadeat, cum similibus, que in sua sede habentur.

Attamen haec, vel similia, pro una, vel altera specie, magis ponderanda veniunt pro conjecturis, & administrandis, non semper tamen eundem effectum facientibus, sed pro eorum numero, ac peculiari qualitate, ex qua in uno casu aliqua sint operativa, in altero autem eadem, ac majora fuerint, juxta ea que generaliter de conjecturis habemus in omni materia, praesertim vero in fidei commissa.

Cadente quaestione in casu quo constat quidem de voluntate dandi bona cum vera estimatione alium complicante contractum emptionis & venditionis, vel dationis in solutum, nullam tamen statum sit pretium certum, quod est unum de essentialibus hujus contractus requisitis, an scilicet dicatur validus, & perfectus necne, & an in dote aliquid habeatur speciale, quod est sub quaestione decisionem recipiente ex pluribus distinctionibus, ac ponderationibus; de quibus pariter in sua sede.

Ubi vero species que dantur, aptae non sunt perpetuo, vel saltem temporanea conservationi, eorumque usus absque instantanea consumptione haberi non potest, ut sunt triticum, vinum, oleum, & similia, quid scilicet in dubio datum censetur, vel restituendum veniat, aliquibus opinantibus datum censeri illarum pretium, quod tunc curreret, alii vero, quod datum esset genus, in quo consimilis quantitatis restitutio facienda esset, istaque posterior opinio, non urgentibus diversae voluntatis administrandis, magis recepta videtur. h

Effectus autem hujus inspectionis, an bona data sint aestimata, vel inestimata, & consequenter, an dos in specie, vel in quantitate consistat, ille precipuus est, periculi diminutionis, vel respective commodi ad incrementum resultantis, cum etenim id sit sequela dominij, spectare debet ad eam qui est dominus, qualis dicitur mulier in casu, quo bona data sint inestimata tanquam species, e converso autem viri, ubi data sint estimata loco quantitatis, aliqua

aliqua cadente difficultate, ubi concurrente vera estimatione, conventum sit de electione viri, vel respective mulieris in casu restitutionis eadem species dandi, vel respective recipiendi, quod regulariter dictum vere estimationis effectum cessare non facit, alique ponderantur effectus circa modum detractionis lucrorum, five pertinentiae fructuum soluto matrimonio, aut validitatis, vel invaliditatis adus, ubi qualitas personae, five illa bonorum concedatur bona tradi posse inestimata, non autem aestimata cum similibus. i

Et quavis, praesertim in casu quo dote in speciebus consistente bona inestimata tradi dicuntur, scribentes nimium certent super dominio transiente in virum, vel respective remanente penes mulierem, ac etiam circa possessionem, super quorum utroque variae dantur distinctiones, quae in sua sede habentur, scholasticorum tamen potius forum forensium exercitum continere videntur, cum foras attendat solium effectus ex una, vel altera specie, resolutantes.

g. de his disc. 158. ac etiam disc. 55. & seqq. hoc tit. h. d. disc. 158. i. eod. disc. 158. & d. disc. 55. & seqq.

De evictione, vel exigibilitate pro dotantem praestanda, ac etiam de aliis dotis tam constantibus quam resistendis cautionibus, ac fidejussoribus, & quinam ad has cautiones teneantur.

Quando dos consistit in quantitate, cuius loco bona inestimata data sunt, evictionis materia regulanda est jure juris, non autem dotis bona data sunt, considerato viro tanquam extraneo emptore, ideoque sui propria dicti contractus sede id cadit, quomvis moderni, occasione actionem evictione bonorum dotalium, totius materiae transactionem affumere videntur; ubi vero dos consistit in specie, tunc vere & proprie cadit inspectio, qua peculiariter concernit dotis materiam, atque pro regula generali traditione, ut primo casu evictio praestanda sit, secus autem in secundo, unde propterea major quaestio videtur facti potius, & applicationis quam juris, quando scilicet ad promissionem, vel respective ad traditionem inceptum dicatur, super quo scribentes nimium variant, seu veritatem involvunt super significatione, vel efficacia verborum, & ponderationes non de facili sub compendio cadentes, ideoque in propria sede videndas; potissimum quia moderno tempore, in magnis praesertim Civitatibus, & qualificatis dotibus non multum frequenter foras hujusmodi quaestiones audit, verius tamen est istam pariter esse quaestionem facti, & voluntatis, cuius substantia magis quam verborum, seu clausularum formula attendi debet, ex singulorum eorum particulari qualitate, & circumstantiis indaganda, & ad quem effectum attendenda veniunt distinctiones detrae, ac altero dotare obligato, vel potius de extraneo dotante ex liberalitate, five an in dotante bona, vel malitiam concurrat, & e converso, an sit conscientis necne, quod res patitur, five an intrat evictio, vel potius suppletio ejus quod interest, cum similibus; quae in propria sede habentur. l

Magis autem frequenter foras audit quaestiones super praestatione exigibilitatis nominum debitorum, vel jurium, ac effectum eodem jure censendorum, ut sunt annui census, vel jura fructifera cum Principe, vel Republica cum similibus, an scilicet dotanti sufficiat praestare nomen, vel jus venditum verum, ac exigibile de jure, quod a quocumque conventione in omni indifferentibus materia, cessante contraria conventionem semper praestandum est, vel potius teneatur etiam praestare exigibilitatem de facto, & pro quanto tempore, quod pariter facti, & voluntatis potius quam juris quaestionem continet ex singulorum casuum circumstantiis decidendum, ex quibus una, vel altera voluntas desumatur, & ad quem effectum plures pariter adhibentur distinctiones, ac sunt ponderationes, praesertim illa frequentior, an pro solvendo, vel pro soluto assignatio facta sit, five an in dante concurrat scientia, quae non adfit in recipiente, vel e converso, cum aliis in propria sede videndis utpote compendio incongruis. m

Quo vero ad dotis cautione, ac fidejussore, duae praesertim in jure habentur quaestiones; primò circa dotium

fidejussore, quos praesertim regula generalis prohibet, an scilicet, & quando dicta regula prohibita procedat, vel respective limitationem recipiat; & secundo circa cautionem, quam pater viri, vel alter ascendens praestare teneatur pro dotis conservatione, ac restitutione, five circa eam donationem, quae propter nuptias dicitur, ad eandem cautionem ordinata.

Quatenus igitur pertinet ad primam, ut insinuatum est, juris regulam habemus generaliter negativam, ac prohibentem dotium fidejussore praestari, in foro tamen hodie ista regula ad ideam penè redacta videtur, utpote nunquam, vel nimium raro ad praxim deducibilis, vel quia in aliquorum sensu ab Aula, vel usu id recesserit, vel quia tor patitur limitationes, ac restrictiones, quod ferè nunquam deur ipsius regulae casus, aut verificatio.

Cadente siquidem dicta regula prohibitiva in sola dote restituenda, quasi quod fidejussorum praestatio, vel petitio discordias inter conjuges causare valeat, non autem quoad dotantem pro dote constituta solvenda, pro qua prohibendum non est fidejussore praestari, illa recipit limitationem; vel ubi accedat juramentum juxta viorem magisque receptam opinionem, quomvis etiam contradicant, sed male; vel ubi fidejussore se obligant tanquam principales correos, ac principaliter, & insolidum, & ex quibus duabus limitationibus verificatur factum de facto id quod aliqui etiam de jure dicunt, ut ista leges fidejussore prohibentes contrario usu abolitae sint, seu verius quod non sint receptae ab initio quo aliae leges civiles generaliter post earum jam oblietatarum inventionem usu recipi ceperunt, quoniam istam fidejussorum speciem, de qua verè, & proprie istae aliae leges ad alios effectus loquuntur, ex communi istae aliae leges ad alios effectus tractat, cum ferè semper obligari solent raro foras principales correi, quales reputantur quoad creditorem, quomvis tales remaneant quoad principalem debitorem pro relevatione, five inter se pro divisionis beneficio, ac etiam quoad creditorem pro jure obtinendi cessionem magis necessariam quam voluntariam, ac etiam quia in omnibus penè contractibus juramentum adhiberi solet.

Pluresque aliae dantur limitationes; vel scilicet quod juxta unam opinionem id non procedat de jure canonico, vel quia prohibito sit constante matrimonio, non autem si ab initio de fidejussoribus conventum sit, ut frequentior praxis comprobatur, cum aliis, quae in sua sede habentur, dum ut dictum est, foras raro, vel nunquam de hoc agit. n

De cautione investimenti quantitatis datae, vel promissae in dorem non dubitatur, ubi ab initio conventum est, adeo ut dotante sine valido consensu mulieris in illam remittente, contra eum detur actio subsidiaria ad novam solutionem; conventio autem cessante, regulariter petii non potest per dotantem, five per filios primi matrimonii a secundo viro, non tamen restrictio iudicis arbitrio ex justa causa pro facti qualitate id decernendi. o

Major autem inspectio circa hujusmodi cautiones foro congrua est, circa eam quam pater viri pro dote filio constituta praestare cogitur, quamvis invitus, quatenus idem filio facere nolit illam donationem, quam pro dote cautela de jure facere tenetur, cuius antiquitate loco hac obligatio successit, eidem patri optione data, an unum, vel alterum facere velit.

Intrat autem haec obligatio, quatenus agatur de filio in potestate alia bona non habente, adeo ut sit subsidiaria, ac dummodo dignè nubat, atque dos ipsi patri, vel de ejus jussu, & non aliis filio solvatur; pluribus etiam quando cadentibus quaestionibus, ac distinctionibus, quando dicitur filio solvi dos de patris consensu, vel e converso an filius obligatus remaneat pro dote, quae soli patri soluta est, five quid ubi solutio facta est utriusque constantem obligationem solvatur per restitutionem jam soluto matrimonio factam filio a patria potestate vel ubi restitutio est coacta de mandato iudicis, cum aliis distinctionibus, ac declarationibus, de quibus in propria sede. p

Et de alia inspectione transmutationis dotis, de quantitate ad speciem, vel e converso de specie ad quantitatem, an constante matrimonio fieri valeat, in foro recepta est pro regula opinio negativa, limitanda quando copulativè consensu, ac utilitas mulieris accedant, cum aliis distinctionibus,

nibus, ac declarationibus, de quibus in articulo, an dos constet in specie, vel quantitate. q. 1 eod. disc. 157. & 63. eodem tit. in disc. 157. eod. tit. n. disc. 162. o. d. disc. 162. & disc. 4. & 54. eod. tit. p. d. disc. 262. q. d. disc. 158.

De dotis exactione, quomodo fieri possit, vel facta probetur, & quatenus facta non sit, an habeatur pro tali in ipsius negligentiam odium, & quid ubi exactionis probatio respicit ad viri confessionem, adeo ut agatur de dote confessata.

Plures tractant nostri majores quaestiones super exercitio actionis, vel juris exigendi dotem a dotante, an competat viro sine cessione mulieris, vel huic sine cessione viri, vel ejus haeredum, quae tamen in foro rarae sunt, ac potius remanent pabulum scholarum, cum vel de recepta aequitate, vel ratione circuitus, sive ob clausulas adjectas solitas, hujusmodi quaestiones, vel juris subtilitates non de facili ad praxim deducantur.

Super exactionis autem probatione, sive ejusdem incompetentia, vel necessitate, aut inefficacia, plures cadunt inspectiones; primò scilicet circa probationem aliàs quam per confessionem, quod illa sequuta sit; secundò circa praescriptionem, tertio circa ejus jam sequuta inefficaciam, adeo ut dotans liberationem non assequatur, quarto circa ejusdem exactionis non sequuta culpam viro adscribendam, adeo ut habeatur pro facta, & quinto demum circa eandem exactionem, quae per viri confessionem probetur.

Quoad primam, quidquid aliqui variaverint, dos ut etiam supra occasione probandi constitutionem advertitur in materia probationum tam circa ejus constitutionem, quam circa jam constituta exactionem, non videtur in aliquo privilegiata, sed cum regula generali probatoria in quacumque indifferenti materia procedit, facilius tamen, ac levioribus probationibus contenta, non ratione privilegii, seu specialitatis à jure exorbitantis, sed ratione subjectae materiae, ac verisimilitudinis, ideoque facilius admittitur illa praesumptiva probatio, quae ex diuturno silentio, idoneitate debitoris, diligentia, vel indigentia ereditoris, rationum frequenti disputatione, aliisque praesumptionibus, & adminiculis generaliter in omni credito indifferenter cadit, super quo certa, & determinata regula generalis non habetur, sed adinstar omnium conjecturalium, vel praesumptivorum, torum pendet ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, ex quibus aliqua praesumptiones, & conjecturae in uno casu abundant, in altero autem eadem, ac minores non sufficiunt.

Quoad praescriptionem, distinctio est inter speciem & quantitatem, ut primo casu non detur durante matrimonio fundi dotalis praescriptio mulieri praedictialis; in altero autem, in quo potius contra virum, quam contra mulierem praescribi dicitur, tale tempus non veniat subducendum, dummodo alia praescriptionis requisita concurrant, ex quorum defectu, praesertim verò ex illo bonae fidei, non de facili verificabili in principali debitor, ejusque primo haerede, ac etiam juxta unam opinionem in ulteriores, vix datur casus, in quo ex hoc praescriptionis beneficio debitor liberationem assequatur tam ab isto dotali, quam à quocumque alio debito, quod solum in praxi elidibile est ex dicto alio modo praesumptionis à diuturno silentio, vel tempore resultantis, & quam speciem verè, & proprie importare dicitur illa debitoris liberatio, quae ob lapsum alicujus determinati temporis in plerisque partibus introducta est per jus municipale, quamvis vulgò substantiarum praescriptionis vocabulo id explicetur, cum verè non sit praescriptio, sed à jure inducta praesumptio contraria probatione etiam ex praesumptionibus deducta elidibilis, circa quod frequenter dos privilegiata, seu exceptuata esse solet, quoties tamen titulus dotis durat, quo cessato per matrimonii dissolutionem, ac effectu puro credito, intrat Statuti dispositio, vel subjectio.

Sub tertia inspectione inefficacis exactionis debitorem non liberantis, quoties non accedat lex conventionalis certam solvendi formam praescribens, vel idem non statuat lex municipalis, puta quia ex conventione, ut supra instructum est, quantitas praestari debeat vincularata ad effectum tuti investimenti, atque solvatur liberè, seu aliàs neglecta lege conventionis, regula est, ut solutio facta viro liberet dotantem, absque eo quod hic

teneatur esse sollicitus de investimento, cujus negligentia in iis qui dotandi obligationem ratione sanguinis, vel charitatis de jure habent, damnum causabit subsidariae obligationis deinde dotandi pro ulterioribus nuptiis, vel eisdem, seu viduitate durantibus alimenta suppeditandi, quoties solutio non omnino culpa dici valeat, quia nempe tunc vir deteriorata conditione non solvendo detectus esset, idque solvendi innotesceret; ideoque dicitur quaestio facti potius quam juris, pro facti qualitate decidenda.

Circa quartam inspectionem neglectae exactionis imputandae viro, in cujus praedictum illa pro jam facta habenda sit, ubi agatur de dote per eandem mulierem constituta, vel per patrem, aut alium cui reverentia debeatur, regula est, imputandam non esse viro exactionis negligentiam, secus autem ubi agatur de extraneo dotante, sive de extraneo debitore, cujus nomen in causam dotis cessum sit, vel de haerede patris, seu alterius, cui viventi debita esset reverentia, in omnibus tamen praemissis talis sunt regule generales ex facti circumstantiis culpam redolentibus, vel respectivè excludentibus limitandae, ut veritas juris praesumptionem excludat.

Frequenter igitur, ac penè quotidiana in foro sunt quaestiones circa exactionis probationem resultantem à viri confessione, circa quam scribentes variando nimum se involvunt, an hujusmodi confessio recepta dotis, quae per virum, vel spontum fiat, & quae regulariter inefficax in jure reputatur ad probandum veritatem, potius specifuræ numerationis referri debeat, aut praesumptae donationis, in cujus inter conjuges prohibita fraudem illa fiat, super quo magis communis distinctio est, an confessio fiat constante matrimonio, vel potius antequam illud sequatur, sive in ejus limine, quasi quod primo casu, in quo arget donationis prohibitio, ejus fraudis praesumptio intrat, in altero autem in quo dicta prohibitio non urget, referri debeat specifuræ numerationis.

In utroque tamen regula est inductiva simplicis praesumptionis legalis elidibilis per contrariam probationem, vel praesumptiones, & conjecturas, circa quas nimum scribentes se diffundunt, in sua fide videndas, tum quia non de facili sub compendio cadunt, tum etiam quia nimum raro foris in hac materia dotis contenta ad hanc inspectionem suas restringit quaestiones, frequentius cadentes in ea confessione, quae facta constante matrimonio, praesumptionem habeat fraudis prohibita donationi faciendae, vel quandoque neque ad unam, vel aliam causam, sed ad illam pompae, seu cohonestationis nuptiarum aliàs inaequalium.

Regula igitur generalis est negativa, ut scilicet ex dicta fraudis praesumptione viri confessio dotis veritatem non probet etiam in ipsius consentiens, vel ejus haeredum praedictum, multò magis in praedictum tertii; adeo ut hujusmodi exceptio tanquam incontinenti probata admittatur ad veritas quocumque summarium, ac executivum, seu aliàs privilegium judicium.

Idque, licet confessio juramento munita sit, licet enim scribentes in hoc variant, plures adhibendo distinctiones, an accedat duplex juramentum assertorium, ac promissorium, vel unum tantum, verius tamen est illud non esse in hoc operativum, cum lex non verbis, sed rebus imposita sit, eademque facilitas, ac ratio quae inducit ad confidentiam ipsam receptionem, quae est quid magis, inducat etiam ad faciendum quid minus, ac etiam quia hujusmodi pluralitas potius ex notiorum stylo adjecti solet, sive quo magis cogitatur de fraude, eo magis effectuantur verbales cautela majores.

Et quamvis ex veriori magisque in foro recepta sententia juramentum cessare faciat rationem regule prohibitive, quia donationem de jure civili prohibentem revocant, atque ab initio perfectam, & irrevocabilem reddit, ex recepto canonico principio, ut juris jurandi religio obliget ad observantiam, quoties ratio peccati, vel favoris primario publici, sive alter naturalis defectus non obstat, puta imperfectio, vel non liberi consensus, at tamen id procedit quando publicè, & palam, ac sincere sub explicito donationis titulo actus fiat, secus autem ubi ad fraudem legi faciendam cum mendacio est lege praesumptio sub diverso titulo, cum idem vinculum religionis non debeat esse vinculum iniquitatis, ac simulationis, & mendacii nutritivum.

Ideoque multa in jure habemus quae ubi publicè, & palam cum veritate fiunt, sunt licita, remanent autem illicita ubi fiunt

fiant cum mendacio, seu aliàs sub diversa imagine; remaneat solum juramento, praesertim assertorio, in ea parte aliquoties operativo, quod unum constituit adminiculum cum aliis pro facti ac personarum qualitate quandoque conjungendum.

Sicuti autem ubi confessio est nuda, dicta regula negativa est certa, ita etiam certa est ejus limitatio quoties illa esset adminiculis fultita, adeo ut quidquid quies in hoc nimum infudaverint, hodie iura etiam quaestio sit potius facti, & applicationis quam juris, an scilicet adminicula sint necesse sufficientia, super hoc autem incredibile est quam se involverint scribentes, magis autem se involvant forenses pragmatici, in sola doctrinarum, ac decisionum caeca fide, ac literali sensu ambulantes, quasi quod adminicula in aliquibus casibus approbata, vel reprobata, in omnibus tanquam pro regula recipienda, vel rejicienda sint, ac propterea super eorum singulorum efficaciam, vel inefficaciam, magnas cum improbo labore, allegationum congeries facere satagunt, ita magis materiam involvendo.

Verius autem est, in hac, ut dictum est, potius facti quam juris quaestione, certam ac determinatam non dari regulam generalem, sed juxta conjecturalium naturam, in singulis casibus decisionem pendere ex eorum individuis circumstantiis, ex quibus, aliqua adminicula in uno casu abundant, ac recipienda sint, in altero autem, eadem ac majora non sufficiant, sed rejici mereantur, quia sic unus, vel respectivè alterius facti qualitas exigat, prudentis iudicis arbitrio.

Ille autem regulae generales desuper pro dicto arbitrio bene regulando attendenda veniunt; Primò scilicet, ut longa differentia, vel consuetudo sit inter casum in quo de solius viri consentiens, vel ejus haeredum praedictum agatur, & alterum in quo tractetur de praedicti tertii, ut frequentius explicari solet in creditoribus viri de tempore confessionis existentibus, vel imminuentibus, & praeparatis, ac etiam in fidei commissio, ex quo dos confessata extrahenda sit, ac similibus, quibus eadem congruat ratio.

In primo enim casu, minora, ac leviora attenduntur adminicula, cum non de facili debeat quis admitti ad proprium, vel propti auctoritas mendaciam allegandam, secus autem in secundo, in quo majora, & longè efficaciora desiderantur.

Secundo ut eadem adminicula non singulariter ac distinctè considerari debeat, sed unum cum regula, ut singula quae non proficiunt, unita juvant.

Tertio possibillimum, ac super omnia, ut reflectatur ad verisimile, vel inverisimile, quod est veritatis, ac respectivè fraudis, vel simulationis maximum argumentum, aliis adminiculis fidem praebens, vel adimens.

Et quarto demum, ut magna constituenda sit differentia inter casum, in quo aliquibus adminiculis pro confessionis veritate concurrentibus, eamque consoventibus, alia in contrarium non urgeant. Et casum in quo hinc inde illa colludent, isto etenim secundo casu magna minimeque efficacia desideranda veniunt adminicula, praesertim ubi de tertii praedictum agatur, ut potè duas factura operationes, unam scilicet destruendi contraria, & alteram consovendi confessionem, ac inducendi limitationem regulam.

Qualia verò sint haec adminicula, & quae magis, vel minus efficaciam, non de facili sub compendio cadit, cum ut dictum est, certam uniformem regulam idem non recipiat, ideoque in sua sede videndum est. r. agitur, disc. 62. & disc. 163. s. dicto, disc. 163. & disc. 68. & seq. De his omnibus ad materiam dotis confessatae, disc. 159. ac etiam, disc. 72. cum pluribus seqq.

De fructibus veris ipsorum bonorum, vel jurium dotialium inestimatum, quorum dominium panes mulierem residet, quomodo ad ipsam, vel virum pertineant; Ac etiam de fructibus bonorum extradotalium.

Tres cadunt inspectiones, Primò inter mulierem, & dotantem, vel dotate obligatum, nullo admixto viri interesse; Secundo inter dotantem, & virum, nullo è converso admixto interesse mulieris; Et tertio inter ipsos conjuges, eorumque respectivè haeredes.

Quoad primam, ubi adhuc sequutum non est matrimonium, quamvis dotis titulus, seu vocabulum accedat, quia nempe pro certo, vel incerto matrimonio in causam dotis

aliqua bona fructifera per ultimam voluntatem relicta, sive inter vivos promissa, aut aliàs assignata, vel destinata fuerint, non intrant termini dotales, cum sine matrimonio non deur vera dos, ita improprè dicta pro futura qualitate, cui bona destinata sunt, sed intrant termini generales cadentes in quibuscumque rebus indifferentibus; Cumque fructus dicantur sequela domini, hinc totum pendet ab istius translatione, praesertim ubi intrat privilegium legitimum, seu aliàs dispositio sit pura, & perfecta ab initio apta ad translationem domini, matrimonium verò explicitè, vel implicite, sicut potius pro causa impulsiva quam finali, cum tunc fructus sint mulieris; E converso autem secus, quia scilicet dispositio sit conditionalis, & imperfecta, juxta tamen terminos generales, absque eo quod dos aliquid habeat peculiare.

Sequitur autem matrimonio, ac propterea dispositione jam purificata, effectusque bonis de dominio mulieris, quae tamen ob viri absentiam, vel aliud impedimentum se ipsam alat, ita ut nullum admixtum sit viri interesse, sive etiam matrimonio dissoluto, aut separato, neque interesse viri mixtura accedente, tunc planum est fructus pertinere ad mulierem tanquam dominam, nisi obster pactum reversionum, vel illa reversio ad dotantem, quae ex legis dispositione resultat in dote profectitia, seu etiam in adventitia ex aliquo jure municipalis.

Quoverò ad alteram inspectionem, inter dotantem scilicet ac virum, nullo admixto interesse mulieris, quoties matrimonium legitime jam sequutum sit, atque bona validè data sint in dotem inestimatam, planum est pariter, fructus pertinere ad virum onera matrimonii supportantem; Cadente solum quaestione, in qua scribentes nimum certant, quando de traditione explicitè non constat, an scilicet tacite, seu implicite illa sequuta dicitur necne, quod est magis facti quam juris ex praesumptionibus & adminiculis, vel etiam ex verbis, clausulis deduci solitum, juxta distinctiones, de quibus in sua sede; Sive, quatenus neque de hac implicita, seu conjecturali traditione constat, an ob illam non sequatur, & per quam transferri dicitur dominium, impediatur vir quominus fructus assequatur, super quo certant scribentes; Aliis simpliciter affirmantibus, Aliis autem negantibus, Aliis autem distinguentibus, ut in sua sede.

Hujus autem quaestiones, quoad interesse butale, nullus videtur effectus, quoniam ubi etiam tenenda sit opinio in puncto juris verior, ut non sequuta traditione, quae necessaria est ad translationem domini, non veniant fructus, qui domini sequela dicuntur, adhuc tamen viri eorumdem fructum aestimatio debita est loco damnorum, & interesse, ut habeatur infra in usuris, vel inter usuris dotibus; Bene tamen operativa est quaestio quoad fructus consistentes in juribus incorporalibus honorificis, quae pretium, seu aestimationem non de facili recipiunt, ut (gratia frequentioris exempli) dicitur ille fructus, qui consistit in exercitio juris praesentandi ad beneficia ratione iurisparronatus annexi castro, vel praedio dotali, ad effectum inspicendi, quamnam praesentatio praevaleat, ac admitti debeat, cum similibus, quibus eadem ratio congruat.

Idemque, ubi validè contracto matrimonio, atque viro illius onera supportante, sequuta quidem sit traditio, sed actus sit invalidus ex vitio, seu impedimento bonorum, unde propterea traditio non sit apta ad veram domini translationem, ut sequi dicitur in fendis, quae sine Domini assensu, neque in dotem inestimatam validè dari possunt, juxta aliquarum regionum, vel ditiorum leges, vel mores, ac à simili in aliis rebus in libero commercio non existentibus, ac sine alio quocumque tertii non transferibilibus, quod scilicet fructus percepti licet retineantur, vel percipiendorum aestimatio petitur in recompensam ejus quod interest traditionem esse validè sequutum, eadem difficultate remanente super dictis juribus honorificis pecuniariam aestimationem, vel refectionem non admittentibus.

Atque idem in omnibus (dato valido matrimonio datae onerum supportatione) procedit in tertia inspectione inter virum, & mulierem, quoties super validitate, vel impimento matrimonii, vel super dotis validitate non cadat quaestio; tunc enim, non dato casu limitato, regulari assistit viro, ut sibi ferenti onera matrimonii debeantur fructus tanquam dictorum onerum recompensa, vel restitutio; Idque adeo verum plerique perant, ut invalida credant pacta in contrarium, quod vir onera ferat, & fructus autem non supportet, nisi ad tempus ita conventum sit tanquam